dia libꝛa huius apozimatis. fiat enema ꝙ
ſi cito exierit fiat iterū donec humoꝛū ml'
titudo cū eo exeat. Naribus quoq; cōdi
ſi ⁊ elleboꝛus albus ſuauiter inſuflentur
⁊ eſt ingeniandū: ut anacardinū cū idro
melle: per os ad ſtomachum multotiens
deſcendere cogatur. quaq; die ſel' ex quo
vnius aurei pondus i potu ſumendū eſt:
cuius deſcriptio ē in. c. de paraliſi. Sarta
go pꝛeterea ferrea calefacienda eſt: ⁊ capi
ti multotiens adeo uicinanda. ut pacien
tis capilli adurantur. Quod ſi hoc modo
non ſanatur in medicando plus laboꝛa
biſ. Caput namq; rademus: ⁊ ex ſinapi
trito ⁊ caſtoreo ⁊ foꝛtiſſimo acceto linie
mus.**

Sillanus.

Hic Raſ ponit curā applie. Pꝛimo quā
do fit a ſanguine. Secūdo qn̄ fit a flegmate.
Tertio iterato qn̄ fit a ſanguine. Secunda ibi.
Quod ſi ita non fuerit. Tertia ibi. **In pꝛin
cipio aūt huius.** De pꝛima dicit ꝙ qn̄ appa
ruerint ſigna dicta applie debemus cōſiderare
an facies pacientis uideatur rubere. An deni
grari. Aut uiridis fieri ſicut ꝯtigit ex coartatōe
ſanguinis q2 ſuple. arguendū ē ꝙ fit a ſanguie.
Secundo dicit ꝙ tunc dz fieri flobotomia dua
rū uenaꝝ guidet uel duaꝝ cephalicarum. No
tandū ꝙ ratio dictoꝝ ē verificans pꝛimuz q2 ſā
guie retento cauſatur coloꝛ rubeus uel uiridis
uel niger. Uerificatur ſm̄ q2 per flobotomiā
dictaꝝ uenaꝝ euacuatnr materia faciens appo
plexiā. Si ēt poſt flobotomiam dictaꝝ uenarū
fiat flobotomia uene naſi uel frontiſ adhuc ma
gis euacuaretur materia applie. Secundo no
tandū ꝙ ſanguis fit niger uel uiridis in coꝛpoꝛ
humano quadruplicitér. Pꝛimo ꝑ aduſtionez
q2 calidū agens in humidū denigrat ut pꝛima
pꝛimi doctrina q̄rta. c. de humoꝛibus. Et patz
ad ſenſū: q2 ignis agens in lingna facit carbo
nes qui ſunt nigri. Secūdo per uiā moꝛtificatō
nis ſicut patet de frigiditate extrinſeca denigrā
te man⁹. Tertio qn̄ expellitur extra loca ꝑpꝛia
ſicut patet qn̄ expellitur per inteſtina uel ꝑ ueſi
cam: ⁊ q2 ſpūſ ſunt expulſi a ſanguine q ſūt cau
ſa illuſtratōis. Quarto rōe conſtrictōis : quia
ſpūs ſuffocātur. Ad ꝓpoſitū in applia ē ſan
guis uiridis ul' niger tribus ultimis modis.
Quod ſi ita non fuerit. Hic ponit curaz ap
poplexie qn̄ fit a fl'ate ⁊ diuiditur i duas. Pꝛio
ponit curā per cliſtere. Secūdo per localia.
Secunda ibi. **Naribus quoq;.** De pꝛima di
cit ꝙ dūmodo non apparuerint ſigna ſanguis
ſed cū attrahit aerem : auditur in pectoꝛe oꝛeg
mon. i. ſonus factus ex humiditate fl'atica opi
lante uiā anhelitus ſuple arguendū ē ꝙ appo
plexia fit a flegmate. Secūdo dicit ꝙ tūc debet

appꝛoxiari cliſtere tale. ℞.colognitide bochoꝛ
marié centauree minoꝛis arthanite ell'.al.añ.
ℳ.i.coquantur oia in tribus ℔.aque donec
reducatur ad uná coletur ⁊ ex media libꝛa fiat
cliſtere. Subdit ꝙ ſi cito exeat cliſtere fiat iterũ
donec euacuetur multitudo humoꝝ. Notádũ
ꝙ raſis non ponit curá p digeſtiuũ qꝛ egꝛitudo
non dat moꝛá ad digerendũ cuʒ ſit ꝑperacuta
Secunduʒ qꝛ per os non pót aſſumi ꝓp abla
tioné ſenſus ⁊ motus: ⁊ ꝓp hanc cauſá nó poſu
it curá per euacuantia ſumpta per os. Tertio
notandum ꝙ tale cliſtere cõuenit quia ꝑ ipſuʒ
materia fl'atica euacuatur faciens appl'iam.
Loco illius ualet hoc. ℞.centauree minoꝛum
utriuſqꝫ saluie rute abꝛotá oꝛigani calcamenti.
añ.ℳ.i.aniſi maratri ſeis ſiſeleos ſeminis ba
ſilici añ.ʒ.ſ.floꝛum ſticados arabici cimi añ.ʒ
i.pulpe colloquintide.ʒ.ii.furfuris pugillum.i
mell'anacardi olei coſtini añ.q̈rṫ.ſ.ſaliſgéme.
ʒ.i.ierepigre gal'.vi.fiat cliſtere uſqꝫ ad q̈rṫ.v.
Eſt eni ualde appꝛopꝛiatuʒ in appl'ia. Naribꝰ
quoqꝫ. Hic põit curá per remedia localia ⁊ di
uiditur in q̈ttuoꝛ ſm ꝙ quattuoꝛ remedia põit
Secunda ibi. **Et eſt ingeniandum.** tertia ibi
Sartago pꝛeterea. quarta ibi. **Quod ſi hoc
modo.** De pꝛima dicit ꝙ ſternutatio debet fie
ri in ſufflando ſuauiter in naribus elleboꝛuʒ al
bum. Notanduʒ ꝙ ualet iſtud ſternutatoꝛium
qꝛ incitat ꝟtuté cerebꝛi ad expellendũ materiaʒ
flegmaticá ⁊ moꝛdicat miringas cerebꝛi ratõe
ſue acuitatis. Notandũ ꝙ loco huiuſ ualet pul
uis eufoꝛbii piretri piperis uel ſinapis uel ſuc
cus radicis ireos: uel puluis ſemis naſturcii.
Tertio notandũ ꝙ p illa ſternutoꝛia debent in
telligi alia particulaꝛia que poſſunt excitare ꝟtu
tem aíalé: ut ligature in pedibus coxis ⁊ bꝛachi
is: foꝛtis fricatio extremoꝝ duplicatio digitoꝝ
cõpꝛeſſio naſi: clamoꝛ foꝛtis. exſtirpatio pilloꝝ
ſuffumigatio cum galbano ⁊ eufoꝛbio. **Eſt ige
niandum.** Hic ponit curá per aliud locale.ſ.p
ſumptioné unius ꝯfectionis ⁊ dicit ꝙ ingenian
dum é ut pacienti faciant deſcendere ad ſtoma
chuʒ ſepe anacardinuʒ cuʒ idromelle. Secũdo
uult ꝙ debet ſumi ſel'i die pondus uniuſ aurei
cõfectõnis cuius deſcriptio ponitur in.c. de pa
raliſi. Notanduʒ ꝙ ratio dictoꝝ é qꝛ hec cõfec
tio é magne caliditatis ⁊ ex illa ꝓuenit febꝛis ⁊
illa cõſumit materiá appl'ie. Dubitatur utrum
talis ſit cõueniens ⁊ arguitur ꝙ nõ. qꝛ nulla foꝛ
tis medicina cõuenit in appl'ia ſm Auicé. in pꝛi
ma tertii ⁊ in.c.de paraliſi qꝛ materia eſt idige
ſta. Jn oppoſituʒ é Raſis. Jdeo dicendum
ꝙ medicina poteſt dici tripliciter. Pꝛimo rõne
quantitatis.ſ.qñ datur i magna quátitate ⁊ ſic
caſſia pót dici medicina foꝛtis. Secundo rõne
qualitatis ut diagridiũ. Tertio rõne utriuſqꝫ.
Ad ꝓpoſitũ in appl'ia cõuenit medicina foꝛtis
in qualitate debilis i quátitate. ⁊ ſic tollitur con
trarietas. Secundo dubitatur utrũ febꝛis con
tingens in appl'ia ſit bonum ſignũ. Quod nõ
arguitur per Auic. pꝛima tertii.c.ď appoplexia
ubi dicit ꝙ é ſignũ moꝛtale. Jn oppoſitũ argu
itur febꝛis ſuperueniens ſpaſmo é bonũ ſignuʒ
ergo ⁊c. Cõſequentia tʒ a ſimili. Antecedés eſt
ypo. ſecundo affoꝛiſmoꝝ. Febꝛé in ſpaſmo ⁊c
Dicendũ ꝙ febꝛiſ in appl'ia pót duobus mõis
contingere. Pꝛimo rõne apoſtematis: qꝛ ſit a
poſtema cerebꝛi. Et ſic é moꝛtale ſignũ. Scdo
pót eé febꝛis in appl'ia ſine apoſtemate ut ex ꝓ
uocantibꝰ febꝛé ut ponit Raſis hic ⁊ ſic é bonũ
qꝛ curatur melius appl'ia qꝛ fe. cõſumit illá ma
teriá ⁊c. Tertio dubitatur utrũ in appl'ia pót ꝯ
iungi fe. Videtur ꝙ non qꝛ appl'ia é moꝛbꝰ per
peracutus ſine fe. ut in cõtento ſecunde particu
le affoꝛiſmoꝝ. Acutoꝝ moꝛboꝝ. Scdo in appo
plexia coꝛ infrigidatur aliqñ in tantũ ꝙ ſeqtur
in ſenſatus pulſus ⁊ anhelitus ut dictuʒ fuit er
go ⁊c. Conſequentia tʒ qꝛ in fe. é coꝛdis inflam
matio. Jn oppoſitũ é Raſis implicite. ⁊ Auic.
pꝛima tertii. Dicendum ꝙ appl'ia ut plĩm nõ
eſt fe. Ratio quia ut plurimũ ſit ex materia fl'a
tica groſſa uiſcoſa ñ putrida oppilante uentri
culos cerebꝛi Secundo dicendum ꝙ in appo
plexia aliquádo poteſt eſſe fe. ratio quia pót eé
fe. ex materia apoſtemáte unď accidit putredo
uel ex materia calida uel ex foꝛti agitatione ſcá
in humoꝛibus poteſt ſuperuenire fe. Ad pꝛimá
rationem dicendum ꝙ Gal'. intelligit de appo
plexia que ut plurimum ſit a materia fl'atica ñ
apoſtemante. Ad ſecundum dicendum ꝙ cum
infrigidatione caloꝛi coꝛdis per uiá reſolutõis
pót ſtare caloꝛ fe. Quarto dubitatur utruʒ ap
poplexia foꝛti ſit aliquiũ agendum. Videtur ꝙ
nõ qꝛ moꝛituri ſolis pꝛonoſticis ſunt dimittédi
Ut in comento illius affoꝛiſmi inchoantibꝰ moꝛ
bis. Jn oppoſituʒ é raſis ⁊ omneſ auctoꝛes me
dicine. Dicendum ꝙ i appl'ia maioꝛi nichil mo
uere audemus: quia moꝛtale. Sed ꝓp compla
cere amicis ⁊ cum pꝛoteſtatiõe ſiue pꝛonoſtico
pót aliqd medicus opari. Jn minoꝛi ꝟo curati
onis gr̃a pót medicꝰ aliqd opari. ꝛõ qꝛ talis eſt
poſſibilis curatõis ſm ꝙ põit Raſ. ⁊ ſic patet
ad rationes. **Sartago pꝛeterea ⁊c.** Hic po
nit curam per unum locale exteriuſ appꝛoxima

tũ ⁊ dicit ꝙ ſartago ferrea debet igniri et capiti
uiciari ſic ⁊ capilli urantur.ratõ quia rõne ma
gne caliditatis acquiſite ab igne cõſumitur ma
teria appoplexie. Notandũ ꝙ talis ſartago
ſi ſit ad formã capitis ẽ melior:quia melius atti
git. Itẽ non multum debet approximari ad ca
put.quia reſolueret cerebrum. Item ſi abrade
retur caput eſſet melius:quia uirtus magis pe
netraret. Q̃d ſi h̃ mõ. Hic ponit curã per
aliud locale ⁊ dicit ꝙ ſi nõ curatur appoplexia
ex predictis modis adhuc eſt laborandum ⁊ li
nimentum debet approximari ex ſinapi: caſto
reo ⁊ aceto fortiſſimo. Notandũ ꝙ ratio eſt
quia tale linimentum ẽ fortiſſime caliditatis q̃ſi
in quarto ideo conſumit materiaꝫ.ſed ponitur
acetum ut uirtus magis penetret. Notandũ
ſecũdo ꝙ loco illius ualet hoc. ℞.galbani ſera
pini oppoponacis añ.ʒ.ii.ſulphuris uiui.ʒ.i.ſ.
terbentine.℥.i.pulueriʒẽtur pulueriʒanda ⁊ liq̃
fiant liquefienda miſce oĩa ⁊ fiat maſſa et exten
datur ſupra corium uel fuſtaneũ ad formã ca
pitis. Ad idem ualet hoc unguentũ ⁊ eſt arti
ficialius. ℞.radicis accori coſti amari añ.℥.ſ.
ſiſeleos ſemen baſilici añ.℥.i.olei nardini: olei
camomillini olei d̃ lilio añ.℥.ii.uini al.℥.iii.mi
ſceantur oĩa pulueriʒentur pulueriʒanda ⁊ liq̃
fiant liquefienda buliant ſuper carbones: uſqꝫ
ad cõſũptõꝫ uini coletur ⁊ colature adatur cer̃
quãtum ſufficit ⁊ fiat unguentũ ⁊ ungatur totũ
caput ⁊ tota ſpina dorſi uſqꝫ ad anũ. Al.

**In pria aũt huius paſſionis ſpẽ. poſt
flobotomiã ſtringẽdũ fortiter adiuctoria
ligando ſupius parũ ſub cõiunctione ipo
rum cũ ſpatulis ⁊ ſtringas tibias ſimilr̃.
Capiti quoqꝫ ſuperfundendũ ẽ oleũ roſ.
⁊ acetũ uini ⁊ flobotomia facienda ẽ pri⁹
in pedib⁹ ⁊ poſtea in naſi extrẽitate. Sill.**

Hic reuertitur ad ponendũ curã applr̃e fa
cte a ſanguĩe: ⁊ diuiditur in duas. Primo põit
curã per localia. Secũdo p flobotomiã. Secũ
da ibi **Et flobotomia.** Prima ĩ duaſ. Primo
põit curã p unũ locale.ſ.p ligaturã. Secundo
p inunctõm. Scđa ibi. **Capiti quoqꝫ.** De pri
ma dicit ꝙ in applr̃a facta a ſanguĩe.prio flobo
tomiã cõuenit ⁊ fortiter ſtrĩgere adiutoria ſupe
rius ligãdo ſub cõiunctõe cõuenit ẽt ligatur co
xas. Notandũ ꝙ cã dictoruꝫ ẽ q: per taleſ liga
turas attrahitur fortiter ſanguĩ a cerebro ad ĩ
feriora pp dolorẽ q: natura currit cũ ſanguine
⁊ ſpiritu ad locũ doloris. Sciendũ tñ ꝙ non de
bent longo tp̃e ſtare imo una uice fortiter ſtrin
gere ⁊ ſtatĩ remouere ut nõ fatigetur. Secũdo
notandũ ꝙ ligaturas debemus intelligere fri
cationes cõpreſſiones digitoꝝ genuũ niſi auri
um: ſuppoſitoria cliſteria acuta attrahentia ma
teriã ad inferiora: uel uentoſas cũ ſcarificatiõe
poſitas in coxis ⁊ plus ualent q: inducũt ſolutõ
nẽ cõtinuitatis ⁊ aliquid euacuãt de materia.
Capiti quoqꝫ. hic ponit curã p aliud locale.ſ.
p unctionẽ ⁊ dicit ꝙ ſuper caput dꝫ approxima
ri oleũ roſ. ⁊ acetũ uini. Rõ q: tale medicamẽ
ẽ repercuſſiuum ꝓhibenſ aſcenſũ ſanguiniſ ad
cerebrũ ⁊ ualet in ꝑncipio: q: qñ materia ẽ flu
xa nõ conuenit q: retinet materiã ĩ cerebro: ſed
tunc cõpetunt reſolutiua. **Et flobotomia.** hic
ponit curã p flobotomiã ⁊ dicit ꝙ flobotomia
ꝑmo debet fieri in pedibus.ſ.in ſaphena. dein
de ĩ uenis exiſtentibus ĩ extremitate naſi. Dubi
tatur q: uidetur ꝙ raſ contradicat ſibi ipĩ q: ſu
pra ĩ appoplexia de ſanguĩe dixit ꝙ dꝫ fieri flo
botomia guideſul'ĩ cephalicis. hic dicit ꝙ in ſa
phenis uel extremitate naſi. Dicendũ q̃d in ap
poplexia ultiata debet primo fieri flobotomia
ex ſaphanis deinde ĩ extremitate naſi. Rõ ꝑmi
ẽ q: fit maior diuerſio ĩ illis. Uel ñ eſt plectoria
⁊ tunc prio debꝫ fieri flobotomia ex cephalica
uel ex uenis guider. ratõ q: pluſ euacuãt a loco
paſſionis ⁊ ultimo ad euacuandũ materiam a
loco pfecte eſt fienda flobotomia de uenis naſi
⁊ ſic tollitur contradictio. De dieta notandũ ꝙ
raſis non ponit ꝙ talis debet eſſe cõtentus aq̃
or. uel auene uel ſpelte: uel aqua cicerũ uel bro
dio pulli ⁊ carnium edi ⁊ gallinarum: ⁊ nullo
modo bibat uinum. Sed ſi contentus aq̃ mell'
que ſic fit. ℞. aque. lb.iii. mell'. ℥.iii. bulliãt ali
quantulũ ſil' ⁊ colentur. **De ſubeth.**

Sillanus.

Otandum circa rubricam ⁊ litteram
quia in rubrica ponitur ſubeth ⁊ de li
targia ſequitur in littera ⁊ cauſa fuit:
quia proueniunt ex ſimili materia. ſ. frigida et
humida ⁊ eadem eſt cura utriuſqꝫ. Eſt tamen
differentia quia ſubeth ſiue ſomnus profund⁹:
q̃d idem eſt paſſio anterioris cerebris.ſ.ſenſus
cõmunis: ſed letargia eſt apoſtema poſterioris
partis. Secũdo ĩ letargia ẽ febris rõne 'apoſte
matis ĩ ſubeth ṽo non q: non ẽ apa. Notãduꝫ
q̃d ſubeth differt a ſtupore: q: ĩ ſtupore leditur
ṽtus tactiua neruoꝝ. ĩ ſubeth ṽo leditur ſenſuſ
cõis. Secũdo ĩ ſtupore eſt diminutio ſenſus ⁊
mot⁹: ⁊ fit in uigiliĩſ. in ſubeth aũt ẽ ablatio ſed
non fit in uigiliis. Secundo notandum q̃d ſit
ſomnus ⁊ diffinitur ab Auic. ſic pria tertii trac.
quarto. c. prio ſomnus eſt reditus aĩalis ſpũs

ab inſtrumentis ſenſuū ad ſuū principiū.ſ.ad
coꝛ alias ad cerebꝛuꝫ pp qđ priuantur organa
ſenſuū a ſuis opationibꝰ. Tertio notandū ꝙ
ſomnꝰ eſt q̄druplex primꝰ eſt totaliter naturaliſ
vt ille q venit in tpꝛe ſanitatis tempoꝛe digeſtio
nis cibi ⁊ talis ē triplex.ſ.foꝛtis mediocris ⁊ de
bil' ⁊ ſuauis. Primus fit ex uapoꝛibꝰ prime
digeſtionis. Scđus fit ex uapoꝛibꝰ ſecūde dige
ſtionis q ſūt medii. Tertiꝰ fit ex uapoꝛibꝰ tertie
digeſtionis. Ut in auroꝛa ⁊ ideo dicūt cōmuni
ter uulgares ꝙ ſuaue ē doꝛmire in auroꝛa. Ali
ter ē ſomnꝰ totaliter pꝛeter naturā ⁊ ē ille q fit a
moꝛbo ⁊ a mala cōpl'ione frigida ul' humida:
cū materia vel ſine materia ⁊ qa iſte fit a mala
cōpl'ione frigida ⁊ hūida cū materia uocatur
ſubeth ⁊ foꝛtiter oppilat partem anterioꝛē cere
bꝛi vnde non poteſt diſſolui niſi cū difficultate.
Alius ē ſomnꝰ qui magis appꝛopiquat ſomno
naturali ſicut ſomnus q venit poſt euacuatōm
uel laboꝛē uel exerticiū nimium. Alius eſt ſom
nꝰ qui magis ſomno pꝛeter naturā appꝛopinq̄t
qualis ē ille qui ꝓuenit ex ebꝛietate. Quarto
notandū ꝙ cauſa ſubeth eſt triplex.ſ.pꝛimitiua
antecedens ⁊ cōiuncta. Pꝛimitiua ſūt res non
naturales multiplicantes humoꝛē fl'aticū frigi
dum uel humidū in coꝛpoꝛe uel uapoꝛem ut ci
bi ⁊ potus ad uentꝰ peroxiſmi frigiditas nimia
exterioꝛ īducta ex aere ſeu uento ex narcoticis ī
terius vel exterius applicatis ut opiū mandra
goꝛa iuſquiamꝰ ⁊ papauer. Cauſa añs ſunt
humoꝛes frigidi in cerebꝛo habundanteſ vl' ua
poꝛes exiſtentes in cerebꝛo p ſe vel p cōmunita
tem anteq̄ꝫ inducant diſpoſitionē. Cauſa cōiū
cta ſunt illi met humoꝛes vel uapoꝛes qui actu
cauſant diſpoſitionē. Quito notandū ꝙ ſigna
ſubeth ſunt ſomnus grauis cū oculis clauſis.
Ratio ē pꝛopter oppilationem cōtingentem in
pꝛimo uentriculo quare ꝓhibetur ne ſpūs aia
lis tranſeat ad inſtr̄a ſenſuū ⁊ ideo ē cū oculis
clauſis: ⁊ ſi ē ex humiditate flegmatica coloꝛ fa
ciei tunc declinat ad albedinē ⁊ ſi ex ſanguinea
tūc declinat ad rubedinē ⁊ ſi ē ab aliis membꝛiſ
tūc cognoſcitur ex doloꝛe loci qꝛ vbi ē doloꝛ ibi
ē egritudo. Dubitatur in q̄ etate maxime ac
cidit ſubeth. Videtur pꝛimo ꝙ in puericia: qꝛ in
puericia maioꝛ eſt humiditas ergo ⁊c. Secun
do ſpaſmus de repletione magis fit ī pueris er
go ⁊c. Conſequētia tenet qꝛ fiunt a ſimili cauſa
Antecedens pꝫ. In oppoſitū ē rō hec letargia
magis fit in ſenibus ergo ⁊c. Conſequentia te
net qꝛ non differunt niſi ex parte loci. Añs pꝫ
per experientiam. Dicēdū ꝙ ſubeth magis fit
in ſenibus. Ratio qꝛ in eis aggregatur flegma
groſſum ⁊ innaturale. Ad rationes. Ad pꝛi
mum dicendum ꝙ humiditas ī pueris ē magiſ
naturalis uapoꝛoſa ⁊ reſolubilis ergo ⁊c. Ad
ſecundū reſpondetur negando conſequentiā ⁊
ad pꝛobationē dicitur ꝙ licꝫ fit a ſimili materia
tñ nerui ſunt debilioris uirtutis in pueris ideo
pōt fieri ſpaſmus talis ⁊ nō ſubeth. Hic poſſet
plurime queſtiones applicari. Sed qꝛ pꝛeſens
liber ē plus pꝛaticus ideo relinquā ⁊ tendā ad
qōnes pꝛaticales ⁊ ad pꝛaticalia. Almanſoꝛ.

Um aliquis quaſi doꝛmiens iacet
⁊ tamen ſentit ⁊ mouetur ſꝫ ocu
los ſꝫm plurimū hꝫ clauſos quoſ
tamen dum vocatur cū clamoꝛe aperit: ſꝫ
iterū ſtatī claudat iā patit' ſubeth. Silla.

Hic determinatur de letargia ponendo cu
ram ⁊ diuiditur in duas. Pꝛimo ponit ſigna.
Secūdo curam. Secūda ibi. **Qui cum cliſte
ribus.** De pꝛima dicit ꝙ quando apparuerit
iſta ſigna. Pꝛimū cū doꝛmiens iacet. Secūdū
ꝙ cū homo ſentit. Tertium ꝙ ſecūdū plurimū
tenet oculos clauſos. Quarto ꝙ cum uocatur
foꝛtiter aperit oculos: verū poſt ſtatim claudit
eos ex iſtis ſignis arguendū eſt ꝙ talis patitur
ſubeth. Notandū ꝙ letargia ē duplex. ſ. vera
⁊ non v̊a. Uera eſt apoſtema flegmaticū ī par
te poſterioꝛi cerebꝛi. Non v̊a ē apoſtema cōpo
ſitū ex flegmate ⁊ colera: ⁊ ſecundū ꝙ p̄dn̄atur
vnus humoꝛ vel alter vel eq̄liter apparēt diuer
ſa ſigna in facie de hac non loquitur hic. ſꝫ dat
intelligere ꝙ moꝛbus ſimplex īdiget medicami
nibus ſimplicibus ⁊ compoſitꝰ compoſitis. Se
cūdo notandū ꝙ ſpēs letargie poſſunt diſtīgui
ex parte materie: ⁊ ſic ſunt due ſpecies. ſ. fl'atica
⁊ hoc ē pꝛopꝛie letargia: ⁊ mel'ica. Secundo
pn̄t diſtingui ex parte partis in q̄ fiūt ⁊ tūc ſūt
tres ſpēs: qꝛ aut fit ī meatibꝰ ſubſtantie cerebꝛi
⁊ hoc eſt vt plurimū. Uel in pāniculis. Uel in
ſubſtantia ſed hoc eſt raro: qꝛ fl'a vel mel'a nō
pn̄t bene penetrare in panniculis pp duriciem
nec in ſubſtantia cerebꝛi pp uiſcoſitatē. In uen
triculis aūt nō fit qꝛ tunc eſſet appl'ia ul' epilep
ſia. Tertio v̊o poſſūt diſtīgui ex parte loci ⁊ tūc
vel fiunt in parte poſterioꝛi cerebꝛi ⁊ hoc eſt ut
plurimum. Uel fiūt in medio uel anterioꝛi ⁊ h̄
ē raro. Tertio notandū ꝙ apud medicum cāe
letargie ſūt tres. ſ. p̄mitia añs ⁊ ꝯiuncta. p̄miti
ua ſūt q̄cūqꝫ res n̄ naturales ml'tiplicātes hūo
rē fl'aticum ut cibi potꝰ coadiuuāt ēt ꝯpl'io fr̄a ⁊
humida ⁊ etas ſenectutis ⁊ regio frigida ⁊ hu
mida. Cauſa añs ſunt humoꝛes frigidi habū

dantes in cerebꝛo anteq̃ȝ faciant letargiá. Cau
ſa cõiuncta ſút illi met humoꝛes qñ actu cauſát
letargiá. Quarto notandú ꝙ ratio ſignoꝝ é qꝛ
uerificatur pꝛimum qꝛ in letargia ſpús aiales ñ
poſſunt diſcurrere ad oꝛgana ſenſuú exterioꝛú
Jdeo quaſi doꝛmiendo iacet. Secundú ſignú
uerificatur qꝛ non é tanta oppilatio qui poſſint
cauſari ſenſus ꝛ motus ideo ſentit ꝛ mouetur.
Uerificatur tertium quia nó pñt ſpús libere diſ
currere ad oculos clauſos. Uerificatur q̃rtum
quia non é tanta oppilatio ut pꝛohibeatur ipſ
ſio in oꝛgano auditiuo ſi ſenſibile ſit excellens.
Jdeo cú foꝛtiter uocatur aperit oculos ꝛ ſtati
poſt claudit: qꝛ ſtatim poſt fit oppilatio ꝓhibéſ
tranſitú ſpirituú ad oculos. Ulterius notan
dum ꝙ pꝛeter illa ſigna ſút alia ſigna. Pꝛimú
ſignú eſt obliuio. Secundú ſignú é ſomnus ꝓ
fundus. Ratio pꝛimi é: quia memoꝛia é mediá
te ſicco. Sed in letargia materia fl'atica frigida
ꝛ humida cótinetur in parte poſterioꝛi cerebꝛi
in qua fit retentio ꝛ memoꝛia ideo ꝛc̃. Ró ſecú
di é quia in letargia nocumentú é magnú i uen
triculo poſterioꝛi ꝛ tale cómunicatur anterioꝛi
ideo ꝛc. Jtem notandú ꝙ ſignoꝝ letargie q̃dá
ſunt ꝓnoſtica. Ut ſunt grauitas capitis. Uer
tigo ſcothomia ꝛ ſomnus ꝓfundus ꝛ ſil'ia ha
bundantia fl'atis ſignificantia. Quedam ſunt ſi
gna demonſtratiua ut ſút illa q̃ hic ſunt poſita.
Quedá ſalubꝛia ut ſunt diminutio accidentiuȝ
euacuatio materie per naſú ꝛ per fluxuȝ uétris
Quedam uero ſigna ſunt moꝛtalia ut ſút augu
mentatio ꝛ cõtinuatio accidentiú ut ſudoꝛ frigi
dus retentio egeſtionis ꝛ urine ꝓpter obliuio
nem ꝛ ſi applicetur ſanguiſuga ſup fronté ꝛ nó
adheret quia ſignificat ꝙ eſt paucus ſanguis
ꝛ ſi applicetur naribus foꝛte ſternutatoꝛium ꝛ
ſternutet. Almanſoꝛ.

**Qui cum cliſteribus acutis que paulo
ante nominauimus curandus eſt. Jn os
quoqȝ ipſius mittemus idromel ꝛ laboꝛa
bimus ut deſcendat ipſum eni nutrimen
tum exiſtit eius Silla.**

Hic ponit curá ꝛ diuiditur in tres ptes.
Pꝛimo ponit curã per euacuationé factá per
cliſteria. Secundo per potú. Tertio per localia
Secúda ibi. Jn os quoqȝ. Tertia ibi. Caput
pꝛeterea. De pꝛima dicit ꝙ patiens curandus
eſt cú cliſteribus acutis de quibus ante dictuȝ
é ſupꝛa. ſ. c. de applía. Notandum ꝙ ró dic
ti é quia dicta cliſteria incitant naturá ad expel
lendú materiá: ꝛ attrahunt ꝛ euacuant materi
am a cerebꝛo. Secundo notandú ꝙ loco cli
ſteris cõuenit tale ſuppoſitoꝛium foꝛte. ℞. ſal'
géme caſtoꝛei pulueriȝati añ. ʒ. i. conficiátur cú
melle ꝛ fiat ſuppoſitoꝛium. Tertio notanduȝ
ꝙ ſi uenter eét ualde ſtipticus cõuenit cliſtere le
nitiuum. Deinde cliſtere raſ. Ratio pȝ. Quar
to notandú ꝙ ſi pót fieri purgatio debȝ fieri cú
iſto ſolutiuo. ℞. ierepigre. ℥. v. aque mell'. ℥. iii.
Ad idem. ℞. pulueris pillulaꝝ cochiaꝝ. ʒ. i. ſ
ſirupi roſ. ℥. ii. aque mellis. ℥. iiii. miſce. Jn os
quoqȝ. Hic ponit curaȝ per potú ꝛ dicit ꝙ dȝ
exhiberi idromel faciendo ꝙ degluciat ipſum:
quia é nutrimentum. Notandú ꝙ idromel eſt
duplex quoddá é pauce cõmiſtionis in quo po
nuntur octo partes aque ꝛ una mellis. Sed ta
le non cóuenit hic. ſed in pleureſi cóuenit ſcðm
Gal'. ꝛ ypo. in ꝑmo regiminis acutoꝝ. Quod
dam é multe cómiſtionis i quo ponuntur q̃ttu
oꝛ partes aque ꝛ una mell' ꝛ de tali é hic ſmo.
Ró qꝛ habet digerere materiá róne cl'itatꝭ mel
lis ꝛ abſtergere. ſimiliter ualet uia nutrimenti.
quia cum letargia ſit moꝛbus acutus ꝛ breuis
ualde conuenit cibus modici nutrimenti. Se
cundo notandú ꝙ p idꝛomel dȝ intelligere ali
os pot⁹ digerentes ꝛ euacuantes materiá capitꝭ
de quibus dictum eſt ſupꝛa de cephalea. Jdeo
recurras illic. Almanſoꝛ.

**Caput pꝛeterea uſqȝ ad diatritú ꝑmú
oxirodino infundendus. Poſt tertiú aút
dié ſternutationé uocabimus. ex hiis que
nominabimus. Et rademus caput ꝛ linie
mus ex ſinapi ꝛ caſtoꝛeo ꝛ aceto. Silla.**

Hic põit curá per localia ꝛ diuiditur i tres
Pꝛimo ponit curam p locale repercuſſiuum.
Scðo p ſternutatoꝛiú. Tertio p locale reſoluti
uum. Scða ibi. **Poſt tres uero**. Tertia ibi.
Et rademus. De pꝛima dicit ꝙ uſqȝ ad tres
dies dȝ fundi medicamé repercuſſiuum in quo
ponitur acetú. Notandú ꝙ ſi intentio ſit ad re
ꝑcuciendú acetú ſit parú. ꝛ ſi ad euigilandum
acetú ſit multú ꝛ ſic tollitur contrarietas in ter
Auic. ꝛ ſerap. Notandum ꝙ tale repercuſſiuú
eſt illud in quo ponitur ſuccus plantaginis aq̃
roſ. ꝛ acetum ꝛ ratio partis eſt: quia tale pꝛohi
bet augumentum apoſtematis ꝛ aſcenſum ua
poꝛum ad caput: ꝛ hoc uſque ad tres dieſ quia
uſque ad tres dies materia eſt in fluxu. ſed p⁹
tres dies materia eſt fluxa: ideo non competit
repercuſſiuum ſed reſolutiuum. Notandum ꝙ
ad idem ualent fricationes pedum ꝛ cruriú foꝛ
tes cú ſale ꝛ aceto ul' ſine hiſ ꝛ ligature. Ró qꝛ
diuertút. **Poſt tres vero.** Hic põit curá p ſter
nutatóȝ ꝛ dic ꝙ p⁹ tertiú dié dȝ ꝓuocari ſternu

tatio cũ his que dicta ſũt in.c.de applĩa qualia
ſũt elleborus albus caſtoreũ piper. Notanduȝ
ꝙ rõ dicti eſt iſta qꝛ hec incitãt naturã ad expel
lendũ materiã fl'aticam cõtentã i cerebro ⁊ diſ
ſoluunt ⁊ euacuant dictã materiã.ſed nota ꝙ ñ
cõpetunt niſi poſt tres dies qꝛ ante timendũ eſt
ꝙ cauſarent maiorẽ diſſolationẽ:qꝛ nihil d̃ ma
teria ẽ digeſtum nec euacuatũ:ſed poſtea nõ ſic
timetur. Secundo notandũ ꝙ ſi loco illi⁹ pulue
ris dicti ſumatur ſnccus auricule murum:uel
ſuccus ſicle ⁊ naribus imitatur ſolus uel mixt⁹
cũ illis pulueribus mirabile ẽ in extrahẽdo ma
teriã fl'aticã. Tertio notanduȝ ꝙ per illa ſter
nutoria intelliguntur oĩa que pñt excitare natu
rã ad expellendũ materiã fl'aticã cõtentã ſcđm
caput. Ut ligature fortes in brachiis ⁊ cruribuſ
⁊ fricatões fortes ⁊ extirpatões pilloruȝ ⁊ bar
be ⁊ pectinis ⁊ auriũ uentoſe doloroſe qꝛ ſũt in
ſomno graui ideo oportet ut excitentur.⁊ habe
antur tubicine ⁊ ſoni fortes non moriantur dor
miendo. Ad idẽ ualet gargariſma factũ cuȝ
oximelle cõpoſito cũ aqua d̃coctõis feniculi ul'
iſopi uel oximelle ſquillitico ⁊ aqua calida.
Et rademus. Hic ponit curã p locale reſoluti
uum. Et dicit ꝙ raſo capite debet fieri linimẽtũ
ex caſtoreo ſinapi ⁊ aceto. Ratio qꝛ iſta ſũt ca
lida in quarto gradu.ideo reſoluunt materiaȝ
fl'aticã in poſteriori parte capitis cõtentam.
Notandũ ꝙ loco huius ualet empl'ȝ ul' unguẽ
tum dictũ in.c.de appoplexia. Ad idẽ ualẽt ru
bificantia locũ ſi fuerit ex ſinapi uel aceto ul' ex
alleis piſtatis mixtis cuȝ aceto. Ad idem ualet
ſi ungatur locus ex oleo de coſto ul' de lilio uel
de caſtoreo. Uel ſi epithimetur cum aqua ardẽ
ti uel uite ⁊c̃.

De congelatione. Silla.

Notanduȝ circa rubricã. Primo quid
ſit cõgelatio. Naȝ congelatio ẽ paſſio
poſterioris partis capitis uel cerebri
pp quã homo perdit ſenſum ⁊ motum i corpo
re. Secundo notandum ꝙ aput medicos tres
ſunt cauſe cõgelationis.ſ.primitiua añs ⁊ cõiũ
cta. Primitiua ſunt res non naturales inducẽ
tes fortẽ frigiditatẽ ⁊ ſiccitatem i parte poſterio
ri cerebri ſicut potus aque frigide.multa cõme
ſtio fructuum frigidoꝝ ul' infrigidatorum in aq̃
frigida.uinum mltum frigidum. uel cibi⁹ mltũ
frigidus trãſiens per loca multum frigida. Cã
añs ſunt humores frigidi ⁊ ſicci anteq̃ȝ iducãt
diſpoſitionẽ. Cã coniuncta ẽ mala cõpl'o frigi
da ⁊ ſicca cum materia ul' ſine materia imobi
litãs.ul' ingroſſãs ſpiritus ita ꝙ nõ deſcendunt
ad organa ſenſuum exteriorum unde cauſarẽt
ſenſum ⁊ motum. Almanſor.

**Um aliquis quaſi dormiẽs iacet
⁊ non mouetur. ⁊ licet ſint oculi
aperti.palpebras tamen non mo
uet ſtupidus eſt ſiue rigidus.** Silla.

Hic determinat de congelatione ⁊ diuiditur
in duas partes. Primo ponit ſigna. Secundo
ponit curã. Scđa ibi. **Curandus vero eſt.**
De prima dicit ꝙ qñ apparent illa ſigna. Pri
mum ꝙ aliquis iacet quaſi dormiens. Scđȝ ꝙ
non mouetur. Tertiũ ꝙ tenet oculos apertos.
Quartũ ꝙ nõ mouet palpebras. arguenduȝ ẽ
ꝙ talis eſt cõgelatus. Notandũ ꝙ de rõne dic
toꝝ ſignoꝝ. Uerificatur:primũ.patiens ſtat q̃ſi
dormiẽs:qꝛ in congelatione frigiditas ẽ maxie
in parte poſteriori unde ſpũs redduntur imobi
les ⁊ ſic non poſſunt ire ad organa iõ ⁊c̃. Uerifi
catur ſecundũ per uerificationẽ primi. Uerifi
catur tertium ſi oculi ſtant aperti ratione ſiccita
tis:quia ſicut humiditas eſt cauſa clauſionis:
ita ſiccitas eſt cauſa apertionis. Uerificatur q̃r
tum quia non mouentur palpebre ratione ſicci
tatis quia eſt cauſa fixionis. ⁊ ideo tales ſtant i
eadem diſpoſitione in qua erant qñ aduenit eiſ
congelatio ⁊ ſi recti erant ſtant recti:⁊ ſi ſcribe
bant ſtant ſicut ſcribẽtes:ſi reſpiciebãt celũ ſtãt
in illa diſpoſitione:⁊ ſic de aliis figurationibus
⁊ iõ uulgares credunt ꝙ ſint rapti ⁊ loquuntur
cõ deo ⁊ angelis. Scđo notandũ ꝙ reperitur
cõgelatio letargia ſubeth ⁊ ſtupor q̃ uidentur
multũ cõuenire lȝ differant. Cõgelatio ⁊ letar
gia ꝯueniunt. Primo qꝛ utraq̃ȝ ẽ paſſio poſte
rioris ptis cerebri ul' capitis. Scđo i utraqȝ eſt
ablatio ſenſus ⁊ motus. Tertio i utraqȝ eſt obli
uio. Sed differũt quia i letargia oculi ſũt clau
ſi. In cõgelatione uero aperti . Scđo letargia
fit a materia fl'atica faciente apoſtema i pte po
ſteriori capitis uel cerebri . Sed congelatio fit
a mala complexione frigida ⁊ ſicca cũ materia
uel ſine materia. Stupor ⁊ ſubeth differunt qꝛ
in ſubet magis patitur ſenſus cõmunis cũ ſom
nus ſit paſſio primi ſenſitiui. In ſtupore magiſ
languet uirtus tactiua que eſt in neruis . Secũ
do quia ſtupor eſt diminutio ſenſus ⁊ motus:
ideo poteſt eſſe in uigiliis . Sed ſubeth eſt abla
tio ſenſus ⁊ motus:⁊ nullomodo poteſt eſſe in
uigiliis. Stupor ⁊ congelatio differunt:quia
ſtupor eſt in uirtute tactiua magis. Congela
tio uero in motiua. Secundo in congelatio
ne oculi ſunt aperti. In ſtupore uero non ſic.

Subeth ⁊ letargia differunt.qꝛ i letargia eſt
fe.⁊ apoſtema.i ſubeth ñ.ſcđo letargia ẽ paſſio

poſterioris partis capitis. Subeth uero añrio
ris. Congelatio ꝛ ſubeth differunt q: congela
tio eſt paſſio poſterioris partis. Subeth uero
anterioris. Scđo in congelatione patiens é cū
oculis apertis in ſubeth uero oculis clauſis.
Tertio cógelatio fit a mala cópľone frigida uľ
ſicca cum materia uľ ſine materia. ſed ſubeth
fit a mala complexione frigida ꝛ hūida. **Al.**
Curádus vero é ex medicis ſubeth .Sil.
Hic ponit curá ꝛ diuiditur in duas partes
Primo ponit cóuenientiá inter letargiá ꝛ con
gelatóm quo ad curá ex parte medicinaꝝ. Se
cundo ponit curá quo ad duo localia. Secúda
ibi. **Hoc tamen addito.** De prima dicit ꝙ ha
bens congelatóm debet curari cuꝫ medicinis:
cū quibus curatur hñs ſubeth. Notandū ꝙ
cura congelationis ꝛ letargie cóueniunt ꝛ diffe
runt. Cóuenientia prima eſt in qualitate: quia
utraque eſt frigida. ꝛ cum cura debet fieri per
contrarium. Secundo in fortitudine cū utra
qꝫ materia é groſſa difficilis eradicationis. Ter
tio in applicatione medicinarū q: ſupra parteꝫ
poſterioré applicari debent in utraqꝫ medicie.
q: quelibet é paſſio poſterioris partis capitis.
Sed differunt q: medicine que cóueniūt i letar
gia debent eé appropriate humori flegmatico
Sed in cógelatione humori melico. Secun
do nota ꝙ medicine cóuenientes huic ſūt medi
cine ille de qbus dictū eſt in ṗmo capľo i cura
cephalee ꝛ emigráee a materia meľica. Ideo re
curras illuc q: ibi explicátur ſirupi cóueniétes
ꝛ medicine euacuantes. Tertio notandū ꝙ dif
ferentia é inter ſternutationes que fiūt in letar
gia ꝛ cógelatione. Nam ſternutatio i letargia
fit cū elľo al. ꝛ in congelatōe fit cuꝫ nigro quia
euacuat meľiam. Quarto notandū ꝙ i hac
cura ualet hoc cliſtere. ℞. boraginis cum tota
ſubſtantia bugloſe cū tota ſubſtantia mercuria
lis ſumiterre añ. M. i. maratri cuſcute añ. ℥. i.
timi epithi utriuſqꝫ ſticados añ. ℥. i. furfuris pu
gillum. i. olei de lilio melľ qrtī. ʒ. ſaliſgéme. ʒ. i.
yereruſſini uľ ieregolodion. ʒ. vi. cliſtere fiat uſ
qꝫ ad. ℥. v. plus uľ minus ſ꞉ diuerſitates corpo
rū ꝛ uirtutis ꝛ in hoc medici errant qui tantuꝫ
dant puo corpori quantū magno ꝛ ita ꝺ ſirupo
quia plus datur de ſirupo uni homini magno
qꝫ paruo. **Almanſor.**
**Hoc tñ addito ut oleū ſambucinū ſup
caput fundaſ ꝛ in oi libra cuius ſit. ℥. i. eu
forbij. Ipſi quoqꝫ caput ex caſtoreo ꝛ eu
forbio. ꝛ oleo ſambucino liniaſ** Silla.
Hic ponit curá per duo localia: ꝛ diuiditur
in duas partes ſcđm ꝙ duo ſunt localia. Secū
da ibi. **Ipſi quoqꝫ.** De prima dicit ꝙ in cu
ra congelationis conuenit fundi ſup caput ole
um ſambucinū ſic ꝙ in eo ſit euforbiū ponédo
℔. i. olei. ℥. i. euforbii. Ratio q: reſoluit mate
riá. Notandum ꝙ medicina ab extra q̃ ŕſol
uit materiá flegmaticá reſoluit ꝛ meľicam ideo
poteſt eé eadem. Sed ab ītra approſimata alia
eſt medicia q̃ euacuat flegma ꝛ alia que euacu
at meľiam ut patet. **Ipſi quoqꝫ** Hic po
nit curá per aliud locale ꝛ dicit ꝙ caput dꝫ lini
ri ex euforbio caſtoreo ꝛ oleo ſambucino. Ra
tio quia diſſoluit materiá. Notanduꝫ ꝙ ad
idem ualet embrocatio facta cū decoctōe bora
ginis bugloſſe fumiterre ſticados thimi epithi
q: talia hñt ꝓprietaté ꝺiſſoluédi materiá meľicaꝫ

De paraliſi graui. Sillanus.

Notandum circa rubricaꝫ quid ſit pa
raliſis. Dicendum ꝙ paraliſis eſt
mollificatio neruoꝝ cum ablatione ſé
ſus ꝛ motus. Per hoc ꝙ dicitur mollificatio
differt a ſpaſmo: q: in paraliſi eſt prolongatio
neruoꝝ in ſpaſmo uero eſt abbreuiatio ſecūdū
longū q̃zuis non ſ꞉m latum. Per hoc ꝙ dicitur
cū ablatione ſenſus ꝛ motus differt a ſtupore ꝛ
tremore q dicuntur mior paraliſis ut uidebitur
in ꝓceſſu. ꝛ iō dicitur in rubrica de paraliſi gra
ui. Notandū ꝙ paraliſis eſt duplex. ſ. vľis ꝛ pti
cularis Uniuerſalis eſt que medietaté corporiſ
tenet ſecundum longū ꝛ aliquando ambo late
ra excepto capite quia ſi eſſet in capite tunc eſſꝫ
appoplexia. Particularis é illa q̃ in uno mem
bro tantū é ut in manu uel pede ꝛ ſic de aliis.
Tertio notandum ꝙ cauſe paraliſiſ ſecūdū me
dicos ſūt tres. ſ. Primitiua: Añs: ꝛ Cóiuncta
Primitiua eſt omne illud ꝙ auget humorem
flegmaticum in cerebro. Ut ſunt res non natu
rales ut ſunt cibi flegmatici piſces carnes por
cine ꝛ ſiľes eis magna comeſtio fructuū crapu
la ſomnus ſuperfluus ꝛ etiam coadiuuant com
plexio frigida ꝛ humida: etas frigida. ſ. ſenectu
tis regio frigida ꝛ humida. Similiter ſunt alie
tres extrinſece ut caſus percuſſio neruorum at
tratio ruptura ꝛ ſciſſio per tranſuerſum. diſlo
catio ira timor. Nimia frigiditas exterior clau
dens ꝛ comprimens uias caliditas exalás. con
ſtrictio. ligatura ꝛ ſic de aliis. Cauſa antecedéſ
ut plurimum eſt materia flegmatica imbibita
in neruis anteq̃ꝫ auferatur ſenſus ꝛ motus.
Cum hoc etiam poteſt eſſe ſanguis uel me
lencolia. Cauſa coniuncta eſt materialis:
flgematica actu imbibita exiſtens in poroſita

tib⁹ neruoꝝ:ratione cui⁹ aufertur ſẽſus ⁊ mot⁹ ⁊ hoc ut plurimũ. Quarto notandũ ꝙ inter paraliſim ⁊ ſpaſmũ ẽ cõuenientia ⁊ differentia. Conueniunt ꝑmo q: in utraq; paſſione eſt ablatio ſenſus ⁊ mot⁹: ⁊ loquor de ſpaſmo ĩ facto eſſe. q: in fieri ẽ motus ut p;. Differũt ꝑmo: q: in paraliſi ꝓlongantur ſm longum ⁊ minuitur ſcd̃m latũ: q: materia paralis ẽ fleuida aquoſa q: fluit ꝑ poroſitates ut patet de corrigia made facta: ſed ĩ ſpaſmo diminuitur mẽbrũ ſecundũ longũ ut patet ⁊ augetur ſm latũ q: materia eſt groſſa uiſcoſa ideo non fluit ꝑ poroſitates mẽbri. Scd̃o differunt q: pars mollificata in paraliſi ſequitur partẽ ſanã ratione ꝓlongationis in ſpaſmo uero pars ſpaſmata trahit ad ſe partẽ ſanã ratiõe contractõis. Dubitatur utrũ paralis ſit morbus nel accidens. Dicendũ qđ paraliſis põt dupliciter ꝯſiderari uel quantum ad cãm que põt eſſe mala ꝯplexio uel cõpoſitio uel ſolutio cõtinentis: uel apoſtema ⁊ ſic ẽ morbus. Uel põt ꝯſiderari ratione eiuſ qđ ſequitur ⁊ ſic ẽ lexio uirtutꝭ motiue: uel extenſio mẽbri q̃ cõſequitur ⁊ eſt accidens. Sed dubitatur ſtatim qualis morbus ẽ: primo mđ uel cõſimil' uel officialis. Dicendũ ꝙ eſt morbus officialis. ſemp licet ẽt poſſet eſſe conſilis. Alman.

Um aliquis ſe mouere non valet aut unu; vel plura ex mẽbris mouere non põt atq; coꝝ ſenſu; amiſit ipſum paraliſim ipſius mẽbri aut ipoꝝ mẽbroꝝ ĩcurriſſe ꝓnunciamus. Sill.

Hic determinat paraliſi ⁊ diuiditur ĩ duas Primo ponit ſigna. Scd̃o curã. Secunda ibi. Cuius curam. De prima dicit: ꝙ cũ aliqs nõ põt ſe mouere ⁊ hoc quantũ ad vl'e corpus uel unũ: uel plura mẽbra mouere nõ põt ⁊ h̾ quantũ ad particulare. ſilr perdit ſenſũ coꝝ arguendũ ẽ illum habere paraliſim illius mẽbri ul' illorũ mẽbrorũ. Notãdũ ꝙ ultra ſigna predicta ſũt alia ſigna paraliſis. pulſus ẽ ocultus debil' frequẽs ĩordinatus: urina ẽ alba ⁊ tenuis: aliqñ tñ eſt multũ colorata ꝑpter renes nõ potentes ſegregare. uel rõne doloris ul' febris cõmunicãtis: latus infirmũ eſt frigidum ſicut ſi eſſet ĩ glatie. ⁊ ſanũ ſentitur calidũ ualde oculus aliquando mioratur. Hec ſunt ſigna paraliſis abſolute. Signa humorũ peccantiũ ſi eſt ex fl'ate color eſt albus ĩ mẽbro. ⁊ ſigna flegmatis in toto corpore. Si ex ſanguine pulſus ẽ plẽus color corporis ẽ rubeus. uene replete totum corp⁹ plenũ ⁊ ſigna ſanguinis ꝑceſſerunt. Si ex melia erit mẽbrũ liuidũ. ⁊ ſigna melie preceſſerunt.

Ratio ſignoꝝ paralis ras eſt. quia in paraliſi fit opilatio neruorũ ĩ originibus ⁊ poroſitatib⁹ eoꝝ: unde ꝓhibetur tranſitus ſpũs aialis ſenſibilis ⁊ motiui unde ꝑditur ſenſus ⁊ motuſ ĩ mẽbro uno uel pluribus ſm ꝙ paraliſis ẽ ul'is uel particularis. Tertio notandũ ꝙ rõne alioru; ſignoꝝ. pulſus ẽ ocultus ꝑpter frigiditatẽ: debil' ꝑpter idẽ frequenſ ꝑpter prauitatẽ. inordinat⁹ ꝑpter debilitatẽ uirtutis. Urina tenuis alba q: materia tranſit ad cerebrũ ⁊ ad neruos qđ ſubdit p;. latus ĩfirmum eſt frigidũ. ratio q: ñ tranſit ſpũs cuius pñtia membrũ reddatur calidũ. item q: eſt pñtia materie frigide. Latus ſanũ eſt calidũ ualde q: ſpũs q ſolebant ire ad membrũ paraliticatũ tranſeunt ad mẽbrum ſanũ. Oculus aliqñ minoratur. Ratio quia ĩ parte paraliticata deficit nutrimentũ iđ ⁊c̃. lic; tñ ꝑpter paraliſim ſiue relaxatõnẽ apparet magis ꝑeminens ſicut manus paraliticata apparet longior ſed tñ ẽ plus macra. Sed rõ ſignorũ ſcd̃m diuerſitatẽ apparet intuẽtibus. Quarto notandũ ꝙ ſignoꝝ paraliſis. quedã ſũt pronoſtica ⁊ quedã demõſtratiua. Pronoſtica ſũt ſtupor mẽbri ⁊ tremor. Demonſtratiua ſunt ſigna poſita a Raſi ⁊ alia poſita ſupra. Quinto notandum ꝙ ſignoꝝ paralis. quedã ſũt ſalutifera ſicut recuperatio ſenſus ⁊ motus. Secundo qñ mouetur neq; mutatur mẽbrũ a colore: quẽ habebat ĩ ſanitate. Signa mortalia ſunt continua ablatio ſenſus ⁊ motus. continua macrefactio mẽbrorum mutatio colorum ad uiriditatem uel macredinẽ uel nigredinẽ. Sexto notandũ ꝙ in membro corporis humani aliqñ aufert motus ⁊ remanet ſenſus aliquando aufertur ſenſus ⁊ non motus aliqñ utrũq; aufertur. Cauſa ꝑmi q: ſpiritus motiuus ẽ groſſior ſenſitiuo ⁊ maior quantitaſ requiritur ad motũ q̃; ad ſenſum unde propter oppilationem aliquando poteſt tranſire ſpiritus ſenſitiuus ⁊ nõ motiuus. Cauſa ſecundi eſt quia ſpiritus ſẽſitiuus aliquando impellitur per unum neruu; ⁊ motiuus per alium. unde poteſt fieri opilatio in ſenſitiuo ⁊ non motiuo. Cauſa tertii: quia poteſt fieri opilatio in neruis ſenſus ⁊ motus ſi differantur per diuerſos neruos uel in uno ſi differantur per unũ neruum. unde prohibetur tranſitus ſpũs ſenſitiui ⁊ non motiui. Notandum ſeptimo de quibuſdam ſignis ꝓnoſticis paraliſis. uel ad bonũ uel ad malum. In ſenſibus paraliſiis nunq̃; uel de difficili curatur rõ ꝑpter debilitatem uirtutis ⁊c̃. Scd̃m paraliſis proueniens ex diſlocatione aut nimia neruoru;

cōtractōe: aut ruptura aut icīſione per trāſuer
ſū nō recipit curā. Ratio patet. Tertiū ſi mem
brū paraliticatū minuetur: aut mutetur color
ualde malū ē: ratio patet ꝛ ſic non eſt ſpes cura
tionis. Quartū tremor ſupueniens paraliſi
bonum: ratio quia per illum motū calefit ꝛ re
ſoluitur materia paraliſis. Almanſor.

**Cuius curā incipiemus. pillulas feti
das quas cōpoſui dando. que. ℞. pulue
ris pigre. ʒ. x. collognt ide iterioris. ʒ. v. eu
forbij. ʒ. ii. ꝛ. ſ. caſtorei. piperis a ſe fetide
ſapini oppoponaci. ſandaragi idi. ſinap.
oim. vii. an̄. ʒ. i. centauree mioris elacterij
amboꝝ an̄. ʒ. v. gūme in ſucco rute diſſol
uantur. ꝛ alia ex eis cōficiant. ꝛ fiant pil
lule ꝛ fiant ex eis. x. potiones quarū vna
poſtq̄ eger ſumpſerit p tres dies qeſcat ꝛ
nutriatur tunc cū aqua ciceris ꝛ oleo ꝛ ſi
napi. deinde bibat aliā potionē. q̄ poſtq̄
ter fecerit p aliquos dies qeſcat. Silla.**

Hic ponit curā ꝛ diuiditur in duas partes
Primo ponit curā qn̄ puenit a cauſa itrinſeca
Scd̄a qn̄ fit a cauſa extrinſeca. Scd̄a ibi. Qd̄
ſi paraliſis. Prima in tres. Primo ponit cu
ram per medicinā laxatiuā. Scd̄o per dietam.
Tertio p localia. Scd̄a ibi. Et nutriatur. Ter
tia ibi. Membra quoq̄. Primo dicit q̄ cu
rā debemus incipere exhibēdo pillulas fetidaſ
ſm deſcriptionē que eſt. ℞. pulueris iere. ʒ. x.
colloquintide iterioꝝ. ʒ. v. euforbii. ʒ. ii. ſ. caſto
rei piperis aſſefetide ſerapini oppoponaci ſecta
ragi indi ſinapis an̄. ʒ. i. centauree minoris elac
terii. i. ſucci cucumeris aſinini amboꝝ an̄. ʒ. v.
gūmi diſſoluantur in ſucco rute ꝛ alia ex eis cō
ficiantur ꝛ fiant pillule. Secundo dicit q̄ fiant
d̄ iſtis. x. potiones ꝛ poſtq̄ unā ſumpſerit quieſ
cat per tres dieſ ꝛ nutriatur aqua cicerū oleo ꝛ
ſinapi deinde debet ſumere aliā. Tertio dicit
q̄ cū fecerit tribus uicibus. debet quieſcere per
aliquos dies. Notandū q̄ ratio primi dicti
eſt: q: tales pillule euacuant materiā facientem
paraliſim. Ratio ſecundi q: uirtus ē debilis iō
debet ſumere parū pro uice ꝛ ſimiliter d; quie
ſcere poſt ut uirtus ſubleuetur. Ratio tertii p;.
Scd̄o notandū q̄ anteq̄ dentur iſte pillule d;
precedere ſirupus digeſtiuus materie flegmati
ce in paraliſi ꝛ eſt talis. ℞. radicū acori q̄rt. i.
ſ. paraliſis. M. iii. herbe ipiconis utriuſq̄ ſal
uie bethonice melliſſe utriuſq̄ rute folioꝝ lauri
an̄. M. i. ſemis xiſeloes xilobalſami carpobal
ſami ſeminis baſilici an̄. ʒ. ii. liquiricie raſe uua
rū paſſarū mundataꝝ ab arill'. an̄. ℥. i. floꝝ an
thos uel ameos utriuſq̄ ſticados an̄. ℥. i. mell'.
electi ℔. ſ. fiat ſirupus cū aqua pluuiali dilige
ter clarificatus uſq̄ ad ℔. i. Ad idē. ℞. radi
cum acori ℔. ſ. ſaluie. M. iii. floꝝ ſticadoſ ara
bici q̄rt. i. mell'. electi ℔. ſ. zuccari albi q̄rt. iii.
fiat ſirupus clarificatus uſq̄ ad ℔. i. ſ. ꝛ ē ualō
appropriatus ꝛ ē melior qui pōt fieri i hoc caſu
Ad idē. ℞. ſirupi de ſticados arabici. ℥. iiii.
Tertio eſt notandū q̄ ſolutiuū quo ē utendū i
forma pillulaꝝ a pncipio q̄ nō eſt ſic forte ē. ℞
ierepigre gal'. ʒ. ii. turbith bene gūmoſi agarici
an̄. ℈. i. pulpe colloquintide bdelii an̄. ℈. ſ. ziʒi
beris al. caſtorei. an̄. g̃. v. puluerizenda pulueri
zentur miſce omnia cū idromelle facto cū aqua
ſaluie. fiant pillule ꝛ adminiſtrentur in introitu
lecti. Ad idē ualent pillule fetide Raſ. ſcd̄m
deſcriptionē poſitā ꝛ debent dari in corpore for
tis uirtutis. Ad idē ualēt pillule de euforbio
deſcriptōe meſue. Ad idē ualēt pillule de ſara
pino deſcriptōe meſue. Ad idē ualent pillule
de oppoponaco deſcriptōe meſue. Ad idē ua
lent cliſtere hoc. ℞. decoctōis ſaluie rute ſtica
dos centauree mercurial' malue furfuris. ℔. ſ.
addatur ierepigre ierelogodion. an̄. ℥. ſ. ſalis. ʒ
ii. olei cōmunis. ℥. iii. Quarto notandū q̄ tur
bith. ſ. ſolum euacuat flegma ſubtile: ſed cū. ʒʒ.
euacuat flegma groſſū: ꝛ ideo in paraliſi debet
poni parum de. ʒʒ. ꝛ in ſpaſmo multū de ziʒib.
Almanſor.

**Et nutriatur carne fruſtatim inciſa ꝛ
i ſartagine frixa: ꝛ mutageāth in qbuſ ſūt
ſpēs calide: ut piper ꝛ his ſiſia. In potu
vero ſumat idromel. Sillanus.**

Hic ponit curā per dietā. Et primo p cibū
Scd̄o p potū. Scd̄a ibi. In potu vero. De
prima dicit q̄ eger d; nutriri carne fruſtati ici
ſa i ſartigine frixa cū qua ſunt ſpēs calide ut pi
per. Ratio q: p hanc generatur nutrimentum
magis ſiccū unde magis ꝯſumatur materia pa
raliſis. Notandū q̄ p iſtā aſſaturā itelligit
alios modos ſibi ꝓportionales ut i ueru ſupra
crathiculā ꝛ ſil'es. ſil'r itelligit declinātes ad ca
lidū ꝛ ſiccū. Scd̄o notandū q̄ carnes ꝯuenien
tes i cura paraliſ ſunt carnes caſtrati pdiciſ fa
ſiani turturis columbini ꝛ maxie antiq̄ paſſereſ
turdi. rō q: ex hiis generatur nutrimētū ſiccū.
Tertio notādū q̄ i cura paliſ nihil magis ꝯue
nit q̄ fames ꝛ ieiuniū uigilie labor cū ſudoi ul'
motus fortis. rō q: illa deſiccāt materiā fl'aticā
i paliſ iō ꝛc. Quarto notandū q̄ q̄uis ſint ml'
te ſpēs q̄ cōueniunt in paraliſi taʒ ſimpliceſ q̄
cōpoſite ut piper ꝛ cetera. tamen iſte puluis eſt

appropriatus. ℞. interioꝝ cinamomi elci q̄rt̃.
ſ. coriandri preparati ℥. i. garioſ. galange pipe
ris cubebe domeſtice macis nucis muſ. an̄. ℥. i.
radicū acori. ℥. ii. ligni aloes calami aromatici.
an̄. ℥. ſ. grane tinctoꝝ. ʒ. iiii. ſaluie ſicce floruz ſti
cados ara. an̄. ʒ. croci. ʒ. ii. ſeminis aniſi fenicu
li an̄. ʒ. iiii. zuccari albi ℔. ſ. fiat puluis ſubtilis
ponatur i paraſide uel alio modo quo placet.
Ad idē. ℞. piperis. ʒ. ii. ſ. gariofo. ʒ. i. carda
momi piperis longi zedoarie an̄: ʒ. i. ſpecie ma
cis croci an̄. ℈. i. fiat puluis ⁊ utatur. Ad idē
ualet diaccorus uel accorus cōditus uel diaca
ſtoreū uel potio ſancti pauli. **In potu vero.**
Hic ponit curā per potum dicēs ꝙ patiens pa
raliſim debet ſumere in potu idromel. i. aquaz
mell'. ratio q2 digerit materiā ⁊ eſt pauci nutri
menti ⁊ per idromel poſſumus ītelligere quēcū
qȝ ſirupū digeſtiuū materie ⁊ debȝ adminiſtra
ri loco uini q2 uinū n̄ cōpetit i ꝑncipio maxime
i paſſionibꝰ neruoꝝ ut dicunt auctores q2 ē ma
xime penetratiuū ⁊ facit penetrare cibū crudū
ad neruos ⁊ in neruis cōuertitur in acetum qđ
maxie ē inimicuz neruoꝝ. Almanſor.

**Membra quoqȝ eiꝰ ex oleo coſtino in
ungant. Qđ. ℞. ℥. i. piperiſ. piretri. eufor
bij omniū triū an̄. tertiā. ℥. i. caſtorei. ℥. ſ.
diſſoluant oīa id media libra olei de keiri
aut de narciſo ⁊ vtet eo.** Sillanus.

Hic ponit curā per localia ⁊ diuiditur i du
as. Primo per inunctōm. Secundo per confe
ctionē. Secunda ibi. **Diebus vero quibus.**
De prima dicit ꝙ mēbra paralitica debēt inun
gi oleo coſtino ꝙ ſic fit. ℞. coſti. ℥. i. piperis pi
retri euforbii an̄. tertiā. ℥. i. caſtorei. ʒ. ſ. omnia
diſſoluantur in ℔. ſ. olei de keiri: aut đ narciſo
aut oleo laurino qđ melius ē. Notādū ꝙ rō
dicti ē: q2 illud oleum calefacit ⁊ exicat mēbra ⁊
ꝯfortat neruos ⁊ cōſumit materiā flegmaticā i
bibitā i proroſitatibus neruoꝝ ⁊ remouet ma
lā cōplexionē frigidā ⁊ humidā q̄ eſt in paraliſi
⁊ quotidie utor illo oleo. Scđo notandum ꝙ
ad idē ualet unguentū hoc. ℞. radicuz accori
lilii. coſti. an̄. ℥. ſ. piperis piretri euforbii caſto
rei an̄. ʒ. ii. ſaluie ſicce. ʒ. iii. floꝝ ſticados arabi
ci. ʒ. i. ſ. ſpicenardi ſq̄nāti an̄. ʒ. i. ſucci herbe pa
rāliſis facta reſidētia. ℥. i. olei de nuce idica olei
naſturcii an̄. quart̃. i. uini. ℥. iii. puluerizanda
puluerizentur ⁊ cōquaſſāda cōquaſſentur bul
liant ſil' ſuper cineres uſqȝ ad cōſumptōm uini
coletur ⁊ colature addatur cere q̄ztum ſufficit
⁊ fiat unguentuz. Ad idē. ℞. bdelii. ʒ. x. eufor
bii. ʒ. iiii. caſtorei. ʒ. iii. ſerapini. ʒ. iiii. cere. ʒ. xv.
olei ſambacini ul' olei de kerua. ʒ. x. bdeliū ⁊ ſe
rapinū diſſoluantur i aqua rute agreſtis ſumā
tur cū aqua calida ⁊ fiat ungtm̄. At idem ualet
ungtm̄ arogon nicolai. Ad idē ualet unguētuz
marciaton nicolai magnū. Ad idē ualet unguē
tū dictū in. c. de applīa. Ad idē. ℞. cere. ℥. iii.
iſopi humide ſucci rute an̄. ʒ. ii. euforbii piperis
armoniaci croci olei balſami caſtorei glutis al
boti oppoponaciſ an̄. ʒ. ii. ſigie. ʒ. ii. ſ. olei ꝙ ſuf
ficit. Ad idē olei benedicti olei terbentine an̄.
q̄rt̃. i. cere q̄ztū ſufficit fiat unguentū. Ad idē
ualet inunctio cum oleo de maiorana ul' iunipe
ris uel cum oleo de croco uel de piperibus uel
cum oleo de gagate uel cuz oleo phōꝝ. Ter
tio notandū ꝙ loco olei uel unguenti ꝯuenit ta
lis ablutio. ℞. ſaluie ſicce. M. iii. conquaſſa ⁊
bulliant in tribuſ ℔ aque pluuial' uſquequo re
deat ad ℔. ii. ⁊ in fine decoctōis bulliat duabuſ
bullitōnibus floꝝ ſticados arabici quart̃. ſ. co
letur ⁊ colature adatur aque marine ℔. i. uini
al. ℔. ſ. mell' electi quart̃. i. ⁊ iſta ē bona ablutō
in paraliſi. Uel loco decoctōis ſalue ⁊ ſticadoſ
capiantur aque diſtillate eaꝝ. Ad idem ualet
ablutio mēbri cum aqua ardēti de aqua uite ſo
lum uel mixta cum medietate uini albi ⁊ exper
tus ſuz frequēter i doloribus neruoꝝ ⁊ ſpeciali
ter in uxore dn̄i de becharia. Quarto notā
dum ꝙ loco illius ualet hoc emplm̄. ℞. ſucci
rute facta reſidētia. ℔. ſ. pulueriſ ſtercoris colū
bini qđ ſufficit ad icorporanduz miſce ⁊ fiat em
plm̄ liqdum ⁊ extendatur ſupra pānuz ⁊ pona
tur ſupra mēbrum paraliticatuz ⁊ ſupra neruo
rum originē. Ad idē ualet emplm̄ cōpetens i
appoplexia. Sed addatur gūmi rute agreſ. ʒ.
ii. Quinto notandū ꝙ mēbra que debent in
ungi uel emplaſtrari ſunt duo i paraliſi. ſ. mem
brū paraliticum ⁊ mēbrū a quo oriuntur nerui
⁊ ul'r ad illud itendimus uerbigrā ſi in pede ſit
paraliſ debet inungi pes ⁊ cum hoc ſpina dor
ſi quātuz ad partē inferiorē iuxta alkatin q2 ab
illa oriuntur nerui ad pedeſ. Similiter ſi manꝰ
ſit paralitica debet in ungi manus ⁊ tota ſpina
colli q2 ab illa oriuntur nerui ad manꝰ. Ut uult
Auic. ſcđa tertii ⁊ Gal'. primo de interioribus
ubi recitat de illo qui cecidit de mula. ⁊ medici
applicabāt medicinā ſupra partē paraliticā ⁊ n̄
ꝓficiebat ⁊ ipe poſuit medicinā ſuper originibꝰ
neruoꝝ ⁊ curatus fuit. Sexto notandum ꝙ
talia unguenta ⁊ inunctiones poſſunt applicari
dupliciter. Primo cum balneo. Scđo ſine bal
neo. Si ſine balneo debent approximari prius
facta euacuatōe uniuerſali. ⁊ iō errāt uulgares

vulgares cōiter ⁊ uetule que ſtatim cū ueniunt
ad infirmū ponūt aliqua remedia particularia
ſupꝛa mēbꝛū non pꝛecedente euacuatōe. Secū
do poſſunt appꝛoximari poſt balneū ⁊ eſt meli
us pꝛemiſſa tñ euacuatōe uł qꝛ meli⁹ penetrāt

Notandū ſeptimo ꝙ balneū cōpetens ī pa
raliſi eſt duplex.ſ.naturale ⁊ artificiale. Natu
rale ē balneū aque marine uel ſulphuree. Arti
ficiale ē duplex. vnuꝫ quod fit ex herbis ſupe
rius poſitis in ſirupo coperiendo balneū ⁊ reci
piendo ſolū fumū. Aliud eſt balneū ſpeciale cō
petens ſolū in paraliſi.ſ. ℞.aquā decoctionis
uulpis integre extractis uiſceribus cuꝫ pelle to
ta fiat balneū dū uenter paciētis ſit bene pꝛepa
ratus: quia aliter poſſet eē cauſa diſſolutionis
materie. Octauo notandū ꝙ uētoſe ſine ſca
rificatōe cum ſtricto oꝛificio appoſite ſupꝛa ca
pita neruoꝛum multū iuuāt. Rō quia calefaci
unt ⁊ exiccant. Similiter fricationes facte in eiſ
dem locis cū ſale uel ſemine urtice uł ſinapi. rō
per idem ⁊ totū poſt euacuationē fiat diebuſ ali
quot. Alman.

**Diebus uero quib⁹ quieſcit dāde ſūt
quaqꝫ die.ʒ.ii.de anacardino ꝙ ℞.ʒʒ.pi
retri nigelle coſti melanopipiſ macropipe
ris oggij oium añ.ʒ.i.myrrhe rute ſicce aſ
ſe fetide ariſtoł.baccaꝝ lauri caſtoꝛei ſeta
ragi indi ſinapis gentiane oium añ. ʒ. v.
mellis anacardi.ʒ.v.ungant cuꝫ oleo nu
cū: ⁊ cum melle cocto cōficiantur. Ħ eniꝫ
medicamen ualde confert paraliſi: appo
plexie toꝛture ⁊ tremoꝛi moꝛſee moꝛſibus
ſcoꝛpionis ⁊ oibus paſſionibus frigidis.
⁊ ſpaſmo humido. Que cū ſumitur illico
pꝛouocat ſudoꝛē ⁊ īfert febꝛē. ꝙ ſi ſūptuꝫ
non affert ſanitatē eger ab oi medicamīe
per.x.dies abſtineat excepta dieta. deinde
ad ipſius curā redeundum. Silla.**

Hic ponit curam per aliud locale.ſ. ꝑ con
fectionē ſumptā per os ⁊ diuiditur in duas. pꝛi
mo facit hoc oſtendendo effectus qui ſequun
tur ex aſſumptione. Secundo oſtendit quid ſit
fiendū cum ex aſſumptione huius medicine nō
ſequatur ſanitas. ſecūda ibi. **Qō ſi ſumptū.**
De pꝛima dicit ꝙ in diebus quietiſ qualibꝫ die
debent ſumi.ʒ.ii.de anacardio quod ſic fit. ℞
piretri.ʒʒ.nigelle coſti melāo piperis macropi
peris oggi.i.acoꝛi omniū añ.ʒ.x.myrrhe rute
ſiceaſſe ariſtologie baccarū lauri ſectaregi indi
caſtoꝛei ſinapis gentiane omniū añ:ʒ.v.mellis
anacardi.ʒ.v.ungantur cū oleo nucū ⁊ cū mel
le cocto ꝯficiantur. hoc enim medicamē cōfert
multū paraliſi apploplexie tremoꝛi toꝛture al
baꝛas moꝛſibus ſcoꝛpionis ſpaſmo hūido. Et
omnibus paſſiōibus frigidis. Secūdo dicit
ꝙ cum ſumitur tale medicamen pꝛouocat ſtati
ſudoꝛē ⁊ febꝛē. ratio ēꝛ ꝓpter magnā caliditatē.

Notandū ꝙ ratio ē duplex quare ualet hoc
medicamen: quia inducendo febꝛē ⁊ pꝛouocan
do ſudoꝛē conſumit materiam flegmaticā ⁊ re
mouet malā cōplexionē frigidā inductam in pa
raliſi. Similiter qꝛ cōfoꝛtat neruos qꝛ ponūtur
multa confoꝛtantia neruoꝝ. ut coſtoꝛeū anacar
dum: ⁊ ita utimur anacardis: qnia confoꝛtant
memoꝛiā confoꝛtando neruos. Tertio notā
dū ꝙ cum medicamē iſtud ſit foꝛtis uirtutiſ nō
debet appꝛoximari in paraliſi ſi pꝛecedant alia
electuaria magis domeſtica: et de illis eſt illud
quo cōiter utebatur gerard⁹. ℞. pulueres pli
ris ſine muſco.℥.ſ.interioꝛū cinamōi electi.ʒ.i
ligni aloes ſtoꝛacis calamite nuciſ muſca. cube
be domeſtice añ.g̈.v.macis grane tinctoꝝ añ.
℈.i.ſeminis aniſi ſeis feniculi coꝛiandri pꝛepati
añ.℥.ſ.ꝯſerue accoꝛi.℥.ſ.coꝛticū citri.ꝯditi.ʒ.
ʒ.ꝯſerue anthos uł adianthos ꝯſerue ſticados
arabici añ.ʒ.ii.aque ſaluie.ʒ.v.aque roſ. dōe
ſtice quart.i.zuccari al. lb.i.fiat elcūarium in
boł diligenter. Quarto notandū ꝙ iſta ele
ctuaria ⁊ unguenta que dicta ſunt in paraliſi cō
petunt qñ tam cā añs qꝫ ꝯiūcta ſunt frigide: qꝛ
ſi eſſent calide nullo mō ꝯuenirent. Dubita
tur utrū illa die qua dantur medicīe ꝯpetat ele
ctuariū illud. Dicendū ꝙ nō quia medicina ſo
lutia trahit ad interioꝛa: ſed hoc electuariū tra
hit ad exterioꝛa. Secūdo quia medicina ſolu
tiua euacuando debilitat: ſed hoc electuarium
quia foꝛtis eſt uirtutiſ cauſando febꝛē debilitat
⁊ ſic adderetur debilitas debilitati quod non ē
faciendū. **Qō ſi ſumptū.** Hic oſtendit qd ē
fiendū qñ ex aſſumptione huius medicine non
ſequitur ſanitas: ⁊ dicit ꝙ debꝫ abſtinere ab oī
bus medicinis per.x.dies excepta dieta. ratio
ut uirtus ſubleuetur. Secūdo dicit ꝙ poſt re
deundū eſt ad eius curaꝫ. Ratio qꝛ uirtus iaꝫ
eſt debilitas uirtutis digeſtiue mébroꝝ: unð nu
trimentum uel chilus cõuertitur in uentoſitaté
⁊ poteſt fieri a frigiditate ⁊ a caliditate reſoluen
te calorem naturalé: ⁊ hec debilitas é minor ea
que generat aquoſitaté. Cauſa cõiuncta eſt ué
toſitas contenta inter ſyphac ⁊ inteſtina. Cauſa
idropiſis ipoſarce eſt duplex. ſ. átecedens ⁊ cõ
iuncta. Antecedens é debilitas uirtutis digeſti
ue mébrorũ unde nutrimentũ cõuertitur ad na
turá phlegmatis ⁊ nõ poteſt debite uniri mem
bris. Cauſa coniũcta eſt materia phlegmatica
ſperſa per membra que non põt adherere ⁊ cõ
iũgi cũ mébris. Quarto notandũ ꝙ ſigna q̃
ſignificant idropiſim futuram ſunt. Primo qñ
ſuperfluitates que ſolent expelli per tempus ſo
litum longo tempore retinentur: ſicut eſt ſudor:
egeſtio: urina: emorroides: méſtrua ⁊ ſimilia.
Scðʒ ſignũ é caʒeſiia. i. iflatio faciei. Tertiũ é
mala coloratõ faciei ṗter ſolitũ. Signa cõia
idropiſ ſćtis ſũt inflatio pedũ ⁊ oculoꝝ: tumor
uentris dolor in latere dextro: ſitis diminutio:
appetitus cibi: mala coloratio. Signa aſclitꝫ
ſunt grauitas in uentre ſenſibilis ⁊ cum percuti
tur uenter auditur ſonus ſicut ſonus aque com
mote: etiam quádo mutatur de latere in latus.
⁊ tactus eius eſt ſicut tactus utris pleni aqua et
nõ magnificantur mébra omnia ſicut in ipoſar
cha. ſ. collum ⁊ extrema alia preter pedes: imo
extenuátur. pulſus eſt paru⁹ frequés declinás
ad duriciem ex tenſione uelaminis ⁊ aliquando
declinat ad mollitiem ex leuitate hũiditatis ſu
perflue: urina colorata: quia nõ fit ſequeſtratio
ſuperfluitatis. Signa tipanitis ſunt egreſſio
umblici plurima ⁊ tenſio mirach in modũ tym
pani ⁊ corde ⁊ membrorum arefactio ⁊ cũ pcu
titur manu uenter ſonat quaſi uter inflatus non
ſicut uter plenus aqua ⁊ patiens eructationem
per illam alleuiatur ⁊ per exitum uentoſitatis.
pulſus uelox frequens ⁊ durus: urina é ſubtilis
non multũ tincta habens ampullas magnas.
Signa ipoſarce ſunt uniuerſalis inflatio om
niũ mébrorum ⁊ faciei ⁊ cum digitis premitur i
omni loco corporis apparet preſſura ⁊ remanet
ueſtigium ⁊ nõ inflatur uenter nec umblicus ut
in tipanite ⁊ aſclite ⁊ plerũqꝫ ſequitur fluxus ué
tris ⁊ leuitas nature tendens ad albedineʒ ⁊ fit
pulſus undoſus ⁊ latus ⁊ lenis. Pronoſtica
tio ois idropiſis in acuta fe. malũ: fluxuſ uétris
ſuperueniens idropico ſine alleuiatione eſt mor

talis. fetor anelitus ⁊ ſputi ⁊ egeſtionis ⁊ ſudo
ris ſignum eſt mortis quando in ydropico eſt
egeſtio ſicut é lotura carnis uel ſanguis coagu
lati proximus eſt morti Urina biſcolor ſicut cū
eſt ruſa inferius ⁊ liuens ſuperius uel econuer
ſo: uel rubea ſuperius ⁊ nigra inferius eſt mor
talis. Si ydropico ſuperueniat diſnia ⁊ diffi
cultas anhelitus ⁊ fluxus uentris infra tres di
es morietur. ydrops in cóplexióe calida ⁊ ſicca
eſt ualde mala. ydrops que prouenit ab epate
eſt peior illa que ꝓuenit a ſplene uł ab aliis mé
bris. ydrops aſclites eſt iter omnes alias peior
deinde tympanites: deinde yposacra. Al.

Um uenter poſt epatis dolorez ⁊
fe. augumentari ceperit ⁊ ꝙ é ab
vmbilico vſqꝫ ad femur exterius
ꝓminuerit ⁊ cutis q̄ é ſibi ſubtiliari ⁊ al
bere viſa fuerit ⁊ cū venter moueṫ audiṫ
ſonus q̄ſi aq̄ in uaſe non pleno mote ⁊ ſi
cū his vria fuerit rubea ꝑua é hn̄da fidu
cia ⁊ ꝓꝑe ſi vtꝰ n̄ affuerit fortitudo. Silla

Determinat de ydropiſi: ⁊ diuiditur in tres
qr primo determinat de aſclite. Scðo p yposar
cha. Tertio ð tympanite. Pa ibi. Qð ſi palpe
bre. Tertio ibi. Si vero venter. Prima i
duas. Primo determiat de ydropiſi aſclite qn̄
é cū fe. Scðo qn̄ é ſin̄ fe. Pa ibi. Si aūt cū hac
ṗma in duas. Primo docet ꝓnoſticari. ſcðo
ponit curá. Scða ibi. His tamen. De ṗma
dicit ꝙ ſi appareant iſta ſigna. Primū qn̄ uen
ter ceperit augeri poſt dolores epatis ⁊ fe. Se
cūdū qn̄ illud qð é ab umbilico uſqꝫ ad femur
ꝓminuerit. Tertia ꝙ cutis ibi uiſa fuerit albere
Quartū cū uenter mouetur auditur ſonus q̄ſi
aq̄ cómote i uaſe n̄ pleno. Quītū qr urina uiſa
fuerit rubea iſtis ſignis apparétibus ꝑua é ha
benda fiducia i ydropiſi aſclite ⁊ ṗcipue ſi fuēit
debilitas uirtutis. Ratio ſignorum patet. Alm.

His tamen ſi uirtus fortis fuerit et uéter
uehemétis ſiccus pil. de rauedſeni que re
cipiunt mezereó dáde ſunt. que ℞. raued
ſeni ſucci eupatorii ſeminis endiuie omni
u ⁊ an̄. ʒ. iii. agarici. ʒ. v. mezereó. ʒ. x. fiát
ex hiis pillu. quarum doſ. ſit. ʒ. ii. ⁊. ſ. ex q
bus quaque ebdomada doſis vna ſuma
tur. Quod ſi uirtus fuerit debilis trociſci
de mezereon dandi ſunt. Qd' ℞ ſeminis
endiuie. ʒ. x. mezereon. ʒ. i. ⁊ duas tertias
agarici. ſucci eupatorii ſimiliter tantūdé.
roſarum ſeminis citrullorū amborum an̄
ʒ. ii. ⁊. ſ. ex hiis omnibus fiant trociſci. x.
de quibus unus in die cum ſirupo aceto
ſo de zuccaro dandus eſt. Sillanus

Pōit curam ydropiſis aſclitis: ⁊ diuiditur
in duas. Primo ponit curam quando uenter
eſt ſtipticus. Secūdo quando eſt fluxibilis. Se
cunda ibi. Si aūt. Prima in duas Primo po
nit curam per euacuationem p medicinam la
xatiuam quádo eſt fortis uirtus. Secūdo quá
do uirtus é debilis p trociſcos. Secunda ibi.
Qð ſi uirtus. De prima dicit ꝙ ſi uirtus fue
rit ualde fortis ⁊ uenter fuerit ualde ſtipticus
pillę de raud in quibuſ pōit mezereon ſunt dā
de. ratio quia euacuant aquoſitaté ⁊ confortát
epar ne amplius generetur aquoſitas. Secun
do pōit deſcriptionem pillulaꝝ de raud ℞. ra
ud ſucci eupatorii ſeminis endiuie omniū. an̄. ʒ
iii. agarici. ʒ. v. mezereon. ʒ. x. fiát ex hiis pillę
quaꝝ doſ. ſit. ʒ. ii. ſ. ex quibus unaquaqꝫ ebdo
mada doſ. una ſumatur. Ad idé pillę de meze
reó. Ad idem ſuccus cucumeris aſinini. Ad idé
℞. ſeri caprini. ℥. iii. radicis yreos recenter cō
quaſſatis mūdatis ab exteriori cortice. ℥. ſ. bul
liát ſimul léto igne uſquequo redeat ad quar.
coletur ⁊ colatura adminiſtretur cum modico
zuccari albi. Ad idé. ℞. ſucci radicū yreoſ ſcá
reſidétia. ℥. i. bibatur crude uł p ſe uł cū zucc.
uł cū ouo ſorbili ł cū modico ſo caprio ⁊ mira
bilr oñdatur ab oibꝰ ⁊ ꝓculdubio oéz ydropi.
currat dū tñ ꝯtietur educit. iii. uł. iiii. ſellaſ aq̄ ci
trie. Ad idē. ℞. floꝝ laure ole ſicce pulueriʒate
ſbtilr. ʒ. ſ. iſūdatur p. ii. dies naturałs i ſucco ci
tonioꝝ ⁊ aceto poſtea icorporetur cū ſirup. roſ
⁊ fiat maſſa. ð q̄ pōt dari pōdꝰ. v. ǵ. ordi. ⁊ erit
una pulla ꝑua ⁊ eſt pillę ex pte Ser. ⁊ ſolꝰ potꝰ
ǵ. ordei fecit aſſellare ruſticū uicibꝰ. x. Notañ
ꝙ ſirup. digeſtiuꝰ i ydropiſi ꝓuéiente a calitate
dꝫ ṗcedē tal. ℞. endi. ꝟ. iiii. ſcolopen. capilł.
ueneris ſcétiū an̄. ꝟ. i. ſe. feni. petroſil. cuſcute
an̄. ℥. ſ. ſpic. nardi. ſpic. celtice an̄. ʒ. ii. zucc. al.
℔. ſ. fiat ſirup. clarificatꝰ uſꝫ ad q̄r. v. Qð ſi v
tꝰ. Pōit curá qn̄ vtꝰ é ðbił dicés ꝙ ſi vtꝰ é ðbił
trociſci ð mezereó ſūt dádi rō qr euacuát aquo
ſitaté ꝯfortát epar. ſo pōit deſcriptōꝫ. ℞. ſe. en
diuie. ʒ. iiii. duas tertiaſ. ʒ. i. aggarici ſucci eupa
torii ſilr tantūdé roſ. ſe. citruloꝝ áboꝝ an̄. ʒ. ii.
ſ. ex his oibꝰ fiát troc. x. ex qbꝰ unꝰ i die cū ſiru.
acetoſo de zuc. é dádꝰ. ad idē troci. ð ſubar. Al

Si aūt uenter fuerit ſolutus dentur tro.
ciſci de berberis cum ſirupo acetoſo. Eger
quoque nutriaṫ ex zibergi. Et bibat ſiru
pum acetoſum de citoniis ⁊ ſi uentris ſo
lutio uehemens fuerit citoniorum rob ſo
lum dandum eſt Silanus.

Ponit cură aſclitis quădo uenter ē fluxibil'
⁊ diuiditur in tres. Primo ponit cură per troc
ſcoſ. Scđo per dietă. Tertio per ſirupū. Fa ibi
Eger quoqꝫ. Tertia ibi. Et bibat. De pri
ma dicit ꝙ ſi uenter fuerit fluxibilis debēt da
ri trociſci de berberis cū aceto. rō quia alterāt
mală ꝯplōnē calidă: quia ſunt frigidi ⁊ qꝛ ſtipti
ca ſunt ꝯfortat epar ⁊ reſtringunt fluxū. Ad
idē trociſci de ſpodio cū ſcie acetoſe meſ. Ad
idē de ſandal' meſ. **Eger quoqꝫ.** Ponit cu
ră per dietam dicēs ꝙ eger dꝫ nutriri ex ʒiber
gi ⁊ eſt modus cibarii facti ex brodio carnis cū
ouis. Notandum ꝙ hic cibus eſt cōueniēs
qñ uenter ē ſtipticus : qꝛ ē ſatis fluxibilis. **Et bi
bat.** Ponit cură per ſirupū dicēs ꝙ patiēs
dꝫ bibere ſirupū de citoniis. rō quia infrigidat
ſua ſtipticitate ꝯſtringit. Scđo dicit ꝙ ſi fuerit
uehemens ſolutio uentris ſolus ſuccus citonio
rum eſt dandus. Ratio quia plus conſtringit
Ad idem ualet ſuccus plātaginis. **Almanſor.**

**Si aūt cū ⁊ ac paſſione nō fuerit urina
rub. nec calor. pill'e iſte dăde ſunt. que. ℞
mezereon ſerapini ăboꝝ aň. ʒ. ſ. ſalis indi
fimi colūbini amboꝝ aň. ſextam. ʒ. vnius
pillule enim iſte aquam vehemēter deſcē
dere faciūt. Trociſci preterea de laccha cū
apozimate de radicibus dandi ſūt. empl'ꝫ
aſcliti conuenićs. ℞. farine ordei cipi ſter
coris ouini ueteris baurach boli ar. oium
partes equales ex his oibus tritis fiat epi
thima ſuper ventrē. huius nāqꝫ ꝓprietas
eſt aque magnă partē exiccare. Sillan⁹**

Pōit cură aſclitis qñ eſt ſine fe. ⁊ diuiditur
in tres. Primo ponit cură per pillulas. Scđo
per trociſcos. Tertio per empl'm. Fa ibi. **Troci
ſci.** Tertia ibi. **Empl'm.** De prima dicit ꝙ
ſi cū aſclite nō fuerit urina ticta nec calor debēt
dari pill'e ꝗ ſūt. ℞. mezereon ſerapini aň. ʒ. ſ.
ſalis indi fimi columbini aň. ſextă partē. ʒ. uni
us. Uerificatur littera: qꝛ pill'e iſte faciūt deſcē
dere aquă uehementer de uentre. Ad idem pil
lule de alſebran. ad idē pillule de meſereon me
ſer. Ad idē ungtm̄ de arthania ⁊c̄. **Trociſci.**
Dicit ꝙ trociſci de laccha cū decoctōe de radi
cibus ſunt dandi. Rō qꝛ ꝓuocant aquoſitatē
ꝑ urină. Notandū ꝙ ſicut ydrops curatur per
medicinas laxatiuas: ⁊ ita ēt curatur ꝑ medici
nas urine ꝓuocatiuas. Et inter alia explicabū
tur quedă. pria. ℞. ſeri caprini: ℥. iii. ſpice nar
di pulueriʒate. ʒ. iii. bulliant ſimul lēto igne uſ
quequo redeāt ad. ℥. iii. coletur ⁊ colatura ieiu
nio ſtō detur. Ad idē. ℞. ſucci calamenti fa
cta reſidentia. ℥. i. Ad idē urina caprina in ꝗ
bullierit ſpice nardi. Ad idē uria pueri i potu
ſumpta. Ad idē uinū albū decoctiōis folio
rum uel floꝝ anthos. Ad idem trociſci meſue.
Similiter ualet dyalaccha. Ad idem 'diacurcu
ma. Ualet ēt cōfectio de mezereon meſ. Notă
dum ꝙ idē ualent ea que ualēt ad dolorē epatꝭ
in că ſrā ſupra dicta. **Empl'm.** Ponit cură per
empl'm dicēs ꝙ empl'm cōueniens ē. ℞. farine
ordei cipi ſtercoris ouini ueteris baurach boli
ar. oim aň. partes equales. Ex his omnib⁹ tri
tis fiat empl'm ſupra uentrem. Uerificat ſe. qꝛ
eis proprietas eſt exiccare magnă partē aque.
Ad idē empl'm de ſtercore bouino uel caprino
cū urina infantis. Ad idē. ℞. caricarū pin
guiū quartꝭ. i. ſtercoris columbini. ʒ. iiii. maſti
cis ſpice nardi aň. ʒ. ſ. pulueriʒăda pulueriʒen
tur cōquaſſanda ꝯquaſſentur miſce oia cū uri
na capre ad modū empl'i. Ad idē emplm ce
roneon Nicolai. Ad idē empl'm relatū ad
ariſtarchū quod ponit meſue. Ad idem. ℞
ſpicarū allei mundatarū. ℥. iii. ſ. ſtoracis bdelii
aň. ℥. iii. terbentine. ℥. iiii. axungie porcine recē
tis adipis anſeris aň. ℥. v. maſticis olibani aň.
℥. i. ſ. euforbii. ℥. i. croci. ℥. ſ. cere citrine. ℥. xii.
olei nardini ⁊ uini odoriferi. q. ſufficit. Ad iđ
empl'm de baccis lauri cū ſtercore uacarū uel
caprinarū: ⁊ eſt operationis mirabilis. Ad iđ
empl'm factum de ſtercore uaccino baccis lau
ri ⁊ yreos. Ad idem ſtercoris uacini. lb. i. ⁊ bul
liat cū aqua ⁊ ſale: deinde ſupra ipſū pulueriʒe
tur ſulphur ⁊ ponatur ſupra uētrē. Ad idē bau
rach empl'm cū ficubus: ut Auic. ſecundo caň.
c. de baurach. Ad idem fiat exemplū de oſtra
chiſi ꝯtrictis uel cū conchiliis ſuis. Ad idem un
guētum agrippa Nicolai ⁊ eſt mirabile. Ad
idem unguentū atthanie. Notandum ꝙ ſi
idrops fiat a că frigida emplaſtra predicta pñt
poni ſupra uentrem ⁊ ſupra epar. Sed fiat a că
calida tunc emplaſtra debent poni ſupra uētrē
⁊ ſupra epar debet epithima frigidū. Al.

**Quod ſi in palpebris et extremitatib⁹
fuerit apoſtema molle ⁊ teſticuli apoſte
mantur : facies quoqꝫ ac totū corpus mol
licie quadam teneatur erit tunc idropiſis
ſpecies que ipoſarcha vocatur. Sillanus**

Ponit curam ipoſarce: ⁊ diuiditur in du
as. Primo ponit ſigna. Secundo ponit curaꝫ.
Secunda ibi. **Egro itaqꝫ.** De prima dicit
ꝙ ſi apparuerint iſta ſigna. Primo ꝙ in palpe
bris ⁊ in aliis extremitatibus fuerit apoſtema
molle. Secundum ꝙ teſticuli īflantur. Tertiū

ꝙ facies ⁊ totũ corpus mollitie tenetur. Arguẽdũ ẽ ꝙ ſit idropiſis que dicitur yposarcha.

Notandũ ꝙ ratio ſignoꝝ uerificatur. ṗmuꝫ ꝙ in yposarcha materia que cõicatur ꝑ nutricatione ad mẽbra fit incõueniens ꝑ nutricatõe ⁊ ibi remanens cauſat tumorẽ ⁊ mollitiem. ſ. in palpebris ⁊ mẽbris extremis. Uerificatur ſcđꝫ quia in ipoſarca multa materia fluida phl'ica cõicatur ad teſticulos. Et tertiũ uẽificatur ſicut prumum. Alman.

Egro itaqꝫ hac ſpẽ laboranti trociſci de laccha cũ apozimate de radicibus ſunt tribuendi. ⁊ vẽter quaqꝫ hebdomada ex pill'is ꝺ reubarbaro ẽ ſoluendus. ⁊ patiẽs in arena calida ẽ ſepeliendus. Ei quoqꝫ ẽ precipiendũ ut exercitio vtaꝛ ⁊ famẽ ⁊ ſitim ſepe patiatur. Sillanus.

Ponit curam ipoſarce: ⁊ diuiditur in tres. Primo ponit curã p trociſcos. ſecũdo p medicinas laxatiuas. Tertio per quedã alia. ſcđa ibi. Et venter. Tertia ibi. Et patiens. De prima dicit ꝙ patienti ipoſarcã trociſci ꝺ laccha cũ decoctõe de radicib⁹ ſunt dãdi. rõ q2 icidũt ⁊ ſbtiliant ⁊ euacuant materiã phl'icã que ẽ cauſa ipoſarce. Et venter. Ponit curã per medicinã laxatiuã dicens ꝙ uenter ẽ euacuãd⁹ cũ pill'is de reubarbaro oi hebdõada. Ad idẽ ualent medicine laxatiue poſite in cura aſclitis.

Notandũ ꝙ ante cõuenit ſirupus digeſtiu⁹ dictus in. c. de dolore epatis a materia phl'ica. Et patiens. Ponit curã per quedaꝫ alia dicens primo ꝙ patiens ẽ ſepeliendus i arena calida. rõ quia deſiccat. Secũdo dicit ꝙ patiẽſ debet uti exercitio. rõ q2 reſoluit ⁊ exiccat. Tertio dicit ꝙ patiẽs dꝫ tolerare famẽ ⁊ ſiti. rõ quia calor acuitur ⁊ redditur magis potẽs ad reſoluendũ materiã phl'icam. Ad idẽ ualent balnea naturaliter calida. Ad idẽ ſtuſa ſicca. Ad idẽ ualet ꝙ ponatur patiens in furno calido. Ad idẽ ualet calor ſolis ſic ꝙ teneat uentrem diſcopertũ ad ſolẽ ubi non ſit uẽtus et ꝙ fricetur fortiter. Almanſor.

Si ṽo venter inflatus fuerit ac tenſus ⁊ cũ ꝑcutiꝛ ſonũ reddit vt tipanũ. idropiſis ſpẽs adeẽ ſignificabiꝛ que timpanites dicitur. Sillanus.

Põit curã tipanitis ⁊ diuiditur i duas. Primo põit ſigna. ſecũdo ponit curam: ſecũda ibi. Quã q patiꝛ. De pria dicit ꝙ ſi appareant iſta ſigna. Primũ ꝙ uẽter appareat iflatus ⁊ tẽſus. ſecũdo ꝙ percuſſus uenter reddit ſonũ ut tipanũ. arguendũ ẽ ꝙ ibi ſit idropiſiſ tipanites rõ ſignoꝝ pꝫ q2 in tipanite ẽ uentoſitas extẽdẽs ⁊ cauſans ſonũ clarũ ut tipanũ. Al.

Quã qui patiꝛ a cõeſtione oleꝝ abſtinere debet atqꝫ eoꝝ omnium que ventoſitatꝫ ſunt generatiua. Silla.

Ponit curam ⁊ diuiditur in duas. Prio ponit a quib⁹ dꝫ abſtinere. ſeũdo ponit curã. ſecũda ibi. Uẽter quoqꝫ. De pria dicit ꝙ patiẽſ tipaniẽ debet abſtiere a comeſtione oleꝝ ⁊ generãtiũ uẽtoſitatẽ. rõ q2 talia augẽt morbũ. Al.

Uenter quoqꝫ oi die ex panico ẽ uaporãdus. ⁊ ventoſe ſuper ventrẽ ponẽde. ⁊ medicamina tumorẽ diſſoluentia danda ſũt vt diacinũ ⁊ electuariũ de laccha lauri ꝙ in. c. de iliaca noiabimus. eger ṗterea exercitio vti aſſueſcat ⁊ famẽ pati ⁊ ex coleriis que ventoſitatẽ diſſoluũt: quorũ faciem⁹ mentionẽ ſibi ſubiiciat. Uenter quoqꝫ cuꝫ mandili donec incipiat rubere friceꝛ. ⁊ ex oleo rutaceo cliſterizetur. Sillanus.

Ponit curã: ⁊ diuiditur in tot quot remedia ponit. partes patent. De prima dicit ꝙ uẽter eſt oi die cũ panno fricandus ſiue euaporãdus rõ q2 reſoluit uentoſitatẽ. Ad idẽ ualet ſacculus de milio ⁊ ſale torefactus ⁊ ſupra uentrẽ poſitus. Et ventoſe. Ponit curã per uẽtoſas dicens ꝙ uẽtoſe ſũt ponẽde ſup uentrẽ ſine ſcarificatõe. rõ q2 per caliditatẽ actualẽ reſoluunt uẽtoſitatẽ. Et medicina. Ponit curã p confectiones ꝯſumẽtes uẽtoſitatẽ ut diacinũ elcũariũ de baccis lauri de quo dicit in. c. de paſſiõe iliaca ⁊ per has intelligit alias. Eger ṗterea.

Ponit curã per abſtinentiã ⁊ exercitiũ dicẽs ꝙ eger debet aſſueſcere exercitio. Rõ q2 reſoluit. Secũdo dicit ꝙ dꝫ pati famẽ. rõ q2 ẽ cã reſoluẽdi uẽtoſitatẽ. Et ex coliriis. Ponit curã per ſuppoſitoria dicens ꝙ debẽt poni ſuppoſitoria diſſoluẽtia uentoſitatẽ de qbus dicetur infra in. c. de colica. Ad idẽ. ℞. ſalis gẽme florũ ul' folioꝝ rute añ. ʒ. ii. ul' ℥. ſ. caſtoꝛi euforbii ſeis urtice añ. ʒ. ii. mell' quãtũ ſufficit ⁊ fiãt ſupoſitoria. Ad idẽ. ℞. cimini baurach ſe. rute añ. ʒ. ii. mell'. q. ſuffi. fiãt ſuppoſitoria. Uenter quoqꝫ. Põit curã p fricatões uẽtris dicẽs ꝙ uẽter dꝫ fricari cũ mãtili donec icipiat rubẽ. rõ q2 ẽ cã exiccatõis ⁊ ꝛ̃ſolutõis uẽtoſitatꝫ. Ad idẽ vꝫ exponẽ uẽtrẽ ſoli ubi ñ ſit uẽt⁹. Ad ideꝫ vꝫ fricare uẽtrẽ cũ oleis cal'is reſoluẽtib⁹ uẽtoſitatẽ ut oleũ aneti oleũ rute ole. laurinũ oleũ de kerua oſe. ꝺ coſto ole. ꝺ mezereon. Et ex oleo.

Ponit curã per cliſtere dicens ꝙ patiens tipanitẽ dꝫ cliſterizari ex oleo ruteaceo. rõ patet.

Ad idem. ℞.radicis ireos.ʒ.i.iſopi apii ab ſinthii bráce urſine añ. ꝶ.i.aniſi maratri ame os granoꝝ lauri añ.℥.ſ.uel.℥.i. Si patiens ſit fortis mellis electi olei rute quar.ſ.ſalis géme. ʒ.i.fiat cliſtere uſqꝫ ad quartã.v. Et nota hic unũ de yerapigra ꝙ yerapigra é mirabilis: qꝛ euacuat ſolũ malos hũores ⁊ bonos dimittit.

Notandũ ſecundo ꝙ in idropiſi: ſi oia alia remedia deficerent ualent duo. Primũ é conti nua cõeſtio epatis lupi uel pulueriʒãdo uel alr ualet eni quõlibet a ꝓprietate. Secundũ eſt fa cere cauteriũ ſub umblico per duoſ digitos uel tres ita ꝙ pforetur pãniculus mirach ſed debet prius trahi pellis ſurſuꝫ ut orificia amboꝝ pan niculoꝝ ſibi nõ obuenient: ſed exterior coopiat interiorẽ ⁊ oi die extrahe de canula paruã quan titatẽ aque. ⁊ hoc notabile dꝫ poni in fine partiſ de cura aſclitis.

De dolore ſpenis.

Circa rubricã eſt notandũ ꝙ ſplen po teſt ꝯſiderari dupl͛r. Uno mõ quãtuꝫ ad ſui ſubſtantiã ⁊ ſic in eo nõ é dolor niſi grauatiuꝰ rõe multitudinis materie. Secũ do põt conſiderari rõe paniculi ipm regentis: ⁊ ſic bene in ipſo eſt dolor. Secũdo notãduꝫ ꝙ dolor ſplenis põt fieri a mala cõplexione uel a ſolutione continuitatis uel ab utriſqꝫ. Et ſi a mala cõplexione uel ſine materia.ſ.calida ⁊ fr͛a ⁊c. uel cũ materia.ſ.phl͛atica uel ml͛ica uel uẽto ſa ⁊ hoc cum apãte uel ſine apãte. Notãduꝫ tertio ꝙ ſplen eſt mẽbrũ a natura ordinatũ ad mũdificandũ ſauguinẽ a ml͛ia: iõ qñ corpꝰ eſt bñ mũdatũ ⁊ bñ diſpoſitũ bñ ſtat: ⁊ ꝓ tãto ſplẽ ridere facit ⁊ qñ male aduenit triſtitia ⁊ multe alie paſſiones male: qm̃ ſi ſplen ꝓpter debilita tẽ deficiat in attrahendo generat icteritiã. Sed poſtqꝫ attraxit ſi deficiat in retinendo cauſatur fluxus uentris. Si uero deficiat in conuertẽdo nutrimẽtũ tunc cãtur durities oppilatio ul͛ apã ⁊ hoc é ut pl͛imũ. iõ dr̃ in v̓ſibus. Cor ſapit: pul mo loqtur: fel ꝯmouet irã. Splen ridere facit: cogit amare iecur.i.ſtõachuſ ul͛ epar. Quar to notandũ ꝙ cauſe duriciei ul͛ ſunt extrĩſece ul͛ intrinſece. Si extrĩſece: ſic é multiplicatio ciboꝝ ⁊ potuũ ml͛icoꝝ ſicut é caſeus caules caro ſali ta legumina ⁊ ſimilia: ⁊ ſil͛r timor. Si intrinſece uel ꝓueniunt ab epate multiplicãte ml͛icũ hũo rem. uel a ſplene cũ incurrit malã cõpl͛onẽ cali dã uel frigidã debilitantẽ ſplenẽ. Quinto no tãdũ ꝙ ſigna duritiei oppilatõis ⁊ apãtiſ ſple nis ſunt urina remiſſa ⁊ tenuis: durities notabi lis in ſplene: difficultas anhelitus ſeduſ color fa ciei ⁊ totius corporis: triſticia ſomnia terribilia timor ⁊ ſimilia pertinẽtia ml͛ie. Sed differentia quãdo ſplen apoſtematꝰ eſt. eſt quia durities ⁊ tumor é in altera parte tantum: ſed in duritie ſi ne apoſtemate ⁊ oppilatõne eſt per totam regio nem. Pronoſticatio urina alba tenuis ſi ꝯtinu auerit in paſſionibus ſplenis multum malum eſt: fluxus ſanguinis per inferius é bonũ ſignũ in paſſionibus ſplenis. Si alicui ſplenetico propria adhibeantur medicamina ⁊ non alleui atur malum ſig͞t: paſſio etiam ſplenis in princi pio ſatis faciliter poteſt curari: ſed cum inuete ratur: aut nunqꝫ aut ualde difficulter curatur

Durities ⁊ oppilatio ⁊ apoſtema ſplenis in ducit maciem in toto corpore: ⁊ hoc ideo qꝛ ledi tur digeſtiua epatis: unde ideo generantur ma li humores quibus non bene nutritur totũ cor pus. Splen indiget fortiori medicamine cũ op pilatur: quia ſit oppilatio fortior et plꝰ diſtat ⁊c.

Almanſor.

Si cũm dolore ſplenis fuerit calor: ⁊ urine rubedo ⁊ calor eger ex hiſ trociſcis ſumat. Trociſci de agno caſto. ℞.ſeis agnicaſti ſeis tamariſci ãbo rũ añ.ʒ.x.ſeis endiuie ſe.portulace ambo rũ añ.ʒ.v.ex his fiant trociſci de quibꝰ de tur quotidie vnus cum ſirupo acetoſo de ʒuccaro cuius pondꝰ ſit.ʒ.iii. Eger uero ſi repletus fuerit ex ſaluatella q̃ é in ſiniſtra manu phlebotomeť. Splen quoqꝫ ex fru ſtro filtri aceto calido infuſo embroceť. et obſeruetur a rebus dulcibus ⁊ cibis groſ ſis. Qđ ſi cũ predicta egritudine nõ fue rit calor egro trociſci de capparis dãdi ſũt Qđ. ℞.corticis radicis capparis ſe. agni caſti amboruꝫ añ.ʒ.x.ſcolopendrie.ʒ.vii. ariſtol͛.lon.folioꝝ rute ſe. naſturcii accori nigelle oiuꝫ añ.ʒ.iii.armõiaci.ʒ.iii.armõi acum in aceto diſſoluať ex quo cetera con ficiãtur ⁊ informẽtur ex eiſ trociſci põderã tes.ʒ.ii.ex quibus vnus cũ ſirupo acetoſo de melle ⁊ apozimate de radicibus ĩ potu ſumãtur. Si aũt ſplen tenſus fuerit ⁊ cum premiť auditur ſb̓ eo rugitus. ex predictis trociſ.cum apozimate de radicibus é dan dũ. ⁊ vinũ vetus tribuendũ ⁊ potus aq̃ minoreť quãto plus poſſibile fuerit. Em plaſtrũ ad duritiem ⁊ ventoſitatẽ que eſt ſub ſplene. ℞.folioꝝ rute.ʒ.i.baurach mẽ taſtri ſicci amboꝝ añ.ʒ.iii.armõiaci.ʒ.vii. armoniacuꝫ in vino veteri diſſoluatur ex quo cetera conficianť: ⁊ fiat ex eis empla ſtrũ qđ loco ſupponatur. Silla.

Hic ponit curã doloris ſpleniſ: ⁊ diuiditur in
duas. Primo ponit curá doloriſ ſplenis. Secũ
do ponit curá duritiei ſplenis. ſecũda ibi. **Em
plaſtrũ.** Prima in duas. primo ponit curaꝫ
doloris ſplenis prouenientis a materia mlica.
ſecũdo qñ prouenit a uẽtoſitate. ſecũda ibi. **Si
aũt ſplen.** Pria in duas. prio ponit curá dolo
ris ſplenis qñ é cum fe. ſecũdo qñ é ſine fe. ſecũ
da ibi. **Qð ſi.** Prima in quattuor. prio põit cu
ram per trociſcos. ſecũdo per phlebotomiam.
Tertio per unũ locale ab extra. Quarto oñdit
a quibus é abſtinendũ: ſecũda ibi. **Eger uero**
Tertia ibi. **Splen quoqꝫ.** Quarta ibi. **Et ob
ſeruetur.** De prima dicit ꝙ ſi cũ dolore ſple
nis fuerit calor ⁊ urina rubea ⁊ fe. eger ſumere
debet trociſ. ð agno caſto. rõ quia cõfortãt ſple
né ⁊ remittũt calorem materie putrefacte in ſple
ne ⁊ debẽt dari cũ ſirupo acetoſo ⁊ zuccaro. et
pondus ſit. ʒ. iii. Notandũ ꝙ ante cõpetit ſi
rupus digeſtiuus qui é. ℞. corticis radicis cap
paris mũdi corticis radicis tamariſci fraſini ge
neſtre añ. ℥. i. édiuie ſcariole portulace ſilueſtriſ
capil'. uene. recentiũ añ. M. i. quattuor ſe. frigi
doꝝ paſſulaꝝ mũda. ab arill' añ. ℥. i. mellis elci
quar. i. zuccari al. quar. iii. tempentur p noctez
cortices in aceto ⁊ fiat ſirupus clarificatus uſqꝫ
ad quar. v. Medicina laxatiua. ℞. prunoꝝ
damaſcenoꝝ tamarindoꝝ floꝝ boragis bugloſ
ſe. añ. ʒ. ſ. uuaꝝ paſſaꝝ. ℥. ſ. aut. ʒ. iii. polipodii
quercini thimi epithi añ. ʒ. ſ. corticũ mirobala
noꝝ indorũ bene gũmoſoꝝ infuſoꝝ p noctez in
decoctione predictorũ. ℥. i. fricẽtur de mane for
titer ⁊ de colatura detur in aurora. uel loco mi
robalanoꝝ diſſoluatur in colatura dyaſene ye
repigra añ. ʒ. ii. **Eger vo.** Põit curá p phle
botomiã dicens ꝙ ſi eger fuerit replet⁹ dꝫ ſi
eri phlebotomia de baſilica in parte ſiniſtra qñ
intentio é plus euacuatio. Sed ſi intentio eſſet
plus diuerſio dꝫ fieri phlebotõia ð ſaluatella ſi
niſtre manus que ẽ inter ánularé ⁊ auricularez
rõ pꝫ. **Splen quoqꝫ.** Ponit curá per unuz
locale ab extra dicés ꝙ dꝫ epithiari ſplen iſun
dendo fruſtrũ filtri in aceto calido. rõ qꝛ mate
riá ſbtiliat ⁊ prepat ad euacuationez. **Et obſer
uetur.** Oſtendit a quibus é abſtinédũ dicés
ꝙ dꝫ abſtinere a rebus dulcib⁹ ⁊ cibis groſſis
Rõ qꝛ generant talé mliam ⁊ oppilát ſplenez.
Qð ſi cum. Ponit curá doloris ſplenis qñ é
ſine fe. dicés ꝙ ſi cum dolore nõ ẽ febris debẽt
dari trociſci de capparis: qꝛ ſũt calidi ſbtiliatiui
materie melácolice nõdũ putrefacte. Secundo
ponit deſcriptioné. ℞. corticis radicis cappa
ris ſe. agnicaſti amboꝝ añ. ʒ. x. ſcolopẽdrie. ʒ.
vii. foliorũ rute ariſtol'. lon. ſeis naſturcii accori
nigelle oium añ. ʒ. iii. armoniaci. ʒ. iii. armonia
cũ in aceto diſſoluatur ⁊ ex ea cetera cõficiãtur
informentur trociſci. ʒ. ii. ex quibus unus cuꝫ ſi
rupo acetoſo de melle ⁊ cũ decoctione ð radici
bus ſumatur. Notandũ ꝙ ante cõuenit ſiru
pus digeſtiuus materie mlice tal'. ℞. radicis
ireos radicis feniculi petroſi. añ. quar. ſ. interi
oꝝ ſqlle. ℥. i. corticis capparis fraxini geneſtre
añ. ℥. i. capill' ueneris recentium ſcolopẽdrie ga
rioſilate camedrenos camepitheos anthos añ
M. i. aniſi maratri cuſcute aſſari ſeis portula
ce añ. ʒ. i. liquiritie raſe uuaꝝ paſſaꝝ mũdataꝛũ
ab arillis añ. ℥. i. floꝝ tamariſci boraginis bu
gloſſe añ. ℥. ſ. mellis elci ℔. ſ. zuccari al. quar.
iii. fiat ſirupus clarificatus uſqꝫ ad quar. v. Ul'
uſqꝫ ad. ℔. i. ſ. Medicia laxatiua. ℞. floꝝ bo
raginis bugloſſe floꝝ tamariſci añ. ℥. ſ. aniſi cu
ſcute añ. ʒ. ii. thimi epithimi agarici elci añ. ℥. ſ
uuaꝝ paſſarũ mũdataꝝ ab arillis. ℥. i. fiat ðco
ctio i q̃ diſſoluũtur ierepigra ruffini. ʒ. ii. lapi
dis lazuli abluti. ʒ. ſ. fiat colatura uſqꝫ ad q̃rtꝫ. i
⁊ detur in aurora. Ad idé ℞. ierepigre iere
ruffini. ʒ. ii. lapidis lazuli abluti. ʒ. ſ. uel lapidiſ
armeni puluerizati. ʒ. i. miſce malaxando cum
ſirupo ſcolopẽdrie. fiant pill'e ad q̃ztitaté ciceꝝ
Ad idé capparoꝝ ſcolopendrie aſſari lupioꝝ
cuſcute ciperi endiuie añ. ʒ. ii. epithimi ʒ. i. ordei
prunoꝝ tamaridoꝝ uiolaꝝ. fiat ðcoctõ ⁊ in fnie
decoctõis addãtur epithimũ ⁊ ſene. deinde bul
liát ṕdcé res uſqꝫ ad ꝯſũptõz tertie partꝫ. deide
decoctio ṕdcá coletur ⁊ de colatura ſumantur
℥. iiii. ſ. ⁊ diſſoluãtur in ipſa decoctõne medulle
caſſifiſt. ℥. ſ. pulueris pil'arũ de lapide lazuli. ʒ.
ſ. Ad idem buliat ruta in aceto forti ⁊ filtruz
in eo infuſuz bene compreſſum applicetur actu
calidũ ſupra ſplené. Ad idé. ℞. pill'arum de
lapide lazuli. ʒ. i. Ad idé. ℞. pill'arum de la
pide armeno uel pillularum indaꝝ. Notan
dum ꝙ poſt euacuationem ualent cappares cõ
diti cum aceto. Idem faciunt radices apii i ace
to cocte cuz aneto. Ad extra oleũ de fraſcio ole
um de cappis. **Si aũt.** Ponit curaz doloris
ſplenis dicens quando fuerit propter uentoſita
tem dicens ꝙ ſi ſplen fuerit tenſus ⁊ cuz premi
tur auditur rugitus ſub eo ſignificat uẽtoſitaté
et de trociſcis de capparis eſt dandum. Ratio
patet. Secundo dicit ꝙ uinum antiquum eſt bi
bendum. Ratio quia reſoluit uentoſitatez. Ter
tio dicit ꝙ debet minorari potus aque quantũ
eſt poſſibile. Ratio quia generat uentoſitatez.

Notandū ꝙ ſi potat aquá dʒ eē aqua ī qua
ferrú ignitum ſit extinctum. Similiter ualet aq̄
decoctóis rute coſti cinamomi aniſi ſpicenardi
ſquinanti. Ad idé buliat ruta in aceto forti ⁊
filtrú in eo infuſum bene cópreſſum ponatur ac
tu calidú ſupra ſplené. Emplm̄. Ponit cu
ram duriciei ſplenis per emplm̄ dicés ꝙ ad du
ricié ſplenis ⁊ uentoſitaté ualet hoc emplm̄. ℞
folioꝝ rute. ʒ. x. baurach mentaſtri ſicci amboꝝ
añ. ʒ. iii. armoniaci. ʒ. vii. armoniacū ī ueteri ui
no diſſoluatur ex quo cetera ꝯficiátur. fat éplm̄
quod ponatur ſuper loco. Rō qꝛ mollificat re
ſoluit ⁊ conſumit uentoſitaté. Ad idé. ℞. ar
moniaci bdelii picis naualis añ quar. ſ. trociſci
capparoꝝ ſeis ſinapis ſulphuris alei ſilueſtris
ſtercoris uaccini añ. ʒ. i. mucilaginis ſeis fenu
greci: mucilaginis ſe. lini añ. ʒ. ii. puluerizanda
puluerizétur ſbtiliter ⁊ gūme in aceto fortiſſimo
diſſoluátur miſce oia malaxando cū oleo lauri
no ⁊ fiat emplm̄. Ad idé emplm̄ ꝺ melliloto
meſue. Ad idé. ℞. ſucci arthanite uiſcoſitatꝭ
que mulgetur ex radice ſilicis añ. ℔. i. ſucci tha
mariſci. ℥. ii. olei irini. ℔. ii. iſopi humide. ℥. xv.
aceti. ℥. i. fiat decoctio cópleta. Ad idé ungué
tum tale. ℞. radicū malue biſmalue radicis li
lii cepe ſquille ſeis lini ſeis fenugreci caricarum
piguiū uuarū paſſarū pinguiū añ. ℥. ſ. ꝯquaſſé
tur fortiter ⁊ infundantur in aceto forti ꝑ nocté
buliant poſtea in aqua ⁊ iterū conquaſſentur.
Deinde. ℞. unguéti dialtee. ℥. ii. axungie anatꝭ
medulle uituli butiri ſine ſale añ. ſ. i. olei amig
dalarū dulciū. ℥. iiii. cere quantū ſufficit fiat un
guentū ⁊ multū ualet. Ad idé cerotū iſopi de
ſcriptōe filagrii. Ad idem unguentū marcia
ton unguétū nicolai. Ad idé qñ ſpleneticus
bibit urinam ſuam omni mane uſqʒ ad dies ali
quot ſanat ſplené. Notandū ꝙ medicinalia
que habent aſpectum ad ſplené ſunt ireos acco
rus ariſtol'. gentiana liliū apium petroſi. utriqʒ
tribuli cappares agnus caſtus fraſinꝰ geneſtra
tamariſcus ⁊ mediane cortices iſtorū. Similr
ebuli ſambuci lupuli. vitiſ abſinthiū capil' uene
ris recens iſopus ſpuilla ſcolopendria eupatori
um cuſcute calamentū centaraurea bethonica:
aſſarū camedreos camepitheos pánis porcinꝰ
aniſum maratrū ameos ſpica nardi ſquinantū
xilobalſamū. Ualét etiá a ꝓprietate pulmo vul
pis: ueſpertiliōis ſplen aſini ſilueſtris: ſplen pul
li eqni ſiccétur ⁊ puluerizétur: accipiatur unus
ex his uel plures.

De iliaca ⁊ colica paſſione. Sillanus

Irca rubricá ē notandūʒ ꝙ inteſti
norum quedam ſunt ſbtilia ſeu gra
tilia. quedam groſſa. Subtilia ſunt
tria. Primū eſt duodenum qꝺ con
tinuatur cum ſtomacho. Secundū eſt ieiuniuʒ
quod dicitur ieiunium: quia ſunt ibi multe uene
mesaryce ſugentes ipſum. Tertiū é yleon: ⁊ i ta
li fit iliaca paſſio ⁊ alio noie dicitur gratie ⁊ iuo
lutum: quia habet multas reuolutōnes. ut ſi ali
quid benignum moretur de chilo attrahatur ꝑ
mesaraycas. Inteſtina uero groſſa ſunt tria.
Primū dicitur orbus ſiue ſaccuꝰ ſiue monocu
lum. Secundū dicitur colon: ⁊ in tali fit paſſio
colica. Tertium dicitur rectuʒ ⁊ ꝯtinuatur cum
ano. Secundo notanduʒ ꝙ colica paſſio é paſ
ſio inteſtini colon doloroſa cum difficultate exi
tus ſtercoris per inferiora. ſed iliaca paſſio eſt
paſſio ileon cum cōſtipatione uentris ⁊ frequé
ti uomitu ⁊ dolore uehementi ac ſi iteſtina tere
bello perforarétur. Tertō notandū ꝙ iſte paſſi
ones. ſ. colica ⁊ iliaca conueniunt in ſignis cau
ſis ⁊ pronoſticis ⁊ curatione aliqualiter: licʒ ſit
dñ̄a multiplex ut patebit iferius. Cauſe ergo
iſtarū paſſionū aut ſunt extrinſece aut intriſece.
Si extrinſece ſunt ſicut ſuperfluuspotus aq̄ fri
gide: aſſumptio ciborum gloſſorum ſtipticoruʒ
ſicut caſeus durus carnes bouine legumia ne
ſpilla ſorbe pira prunelle coctana ⁊ oia que co
artant ⁊ corrugant ⁊ oppilant inteſtina caſus ꝑ
cuſſio ruptura: ſuperfluꝰ calor aeris exiccans ⁊
reſoluens ſbtile: ſuperflua frigiditas aeris con
ſtringens: ſicut uentus borealis: ſuperfluū exer
citum: labor ſuperfluꝰ: relaxatō ſiphac ⁊ caſus
inteſtinoꝝ ī burſam: aſſūptio uenenoꝝ. Si cāe i
triſece hoc é uel ꝓpter alia mébra. ſ. aṗa epatis
uel mesaycaꝝ uel renū aut ueſice gel ꝓpter inte
ſtina. Si ꝓpter inteſtina hoc é ꝓpter ſex cauſas
Prima é ꝓpter aṗa yleon uel colon calidū uel
frigidū. Secunda é humor frigidus iuiſcatus.
Tertia é uentoſitas incluſa. Quarta eſt fex idu
rata in teſtinis. Quinta é uermes inuoluti in ite
ſtinis. Sexta é debilitas uirtutis ſenſitiue ⁊ de
bilitas expulſiue. Quarto notandū de ſignis ſi
fuerint he paſſiones ex cauſis extrinſecis ꝯgno
ſcitur ex iudicio patientis. Si uero fuerit ꝓpter
alia mébra habét alia ſigna. ſ. dolorem locoruʒ
⁊ ſi per ſigna illaꝝ paſſionuʒ. Si fuerint ex aṗa
tibus inteſtinoruʒ calidis. ſigna ſunt fe. cōtinua
dolor ſitis grauitas pulſatio. Si fuerit ex aṗati
bus frigidis oia ſunt remiſſiora cum grauitate
⁊ mullicie ⁊ inflatione: ⁊ quia precefferunt frigi
da ⁊ humida ſicut lac piſces ⁊ fructus. Si fu

rit ex fecibus īduratis ē doloꝛ grauis ⁊ uidetur
ſibi ꝙ ſcindātuꝛ inteſtina ⁊ pꝛeceſſio cauſaꝝ idu
rantiū feces ſicut caliditas interioꝛ uel exterioꝛ:
uentus uel uſus rerū exiccantium hūiditatē i fe
cibus. Si uero fuerit ex uentoſitate incluſa mu
tatur doloꝛ de loco ad locū cū toꝛtiōe ⁊ rugitu
⁊ uidetur ſibi ꝙ acus ſint incluſe in iteſtinis ⁊ ꝙ
inteſtina perfoꝛētur terebello. Si fuerit ex phle
gmate inuiſcato ē cum frigiditate ⁊ grauitate et
pꝛeceſſerunt ea que multiplicant phlegma. Ra
tōe etiā doloꝛis aliqñ fit ibi caloꝛ ⁊ rubedo ⁊ ſitꝫ
⁊ hoies indicant ꝙ hec cauſa ſit calida ⁊ non eſt

Si aūt fuerint ꝓpter uermes dicentur ſigna
uermiū in ſuo loco: ⁊ ex his cognoſcetur. Si fu
erint ex debilitate ſenſus tunc longe egritudies
pꝛeceſſerūt. Quinto notandū ꝙ colica ⁊ ilia
ca differūt in pluribus: qꝛ in iliaca ē maioꝛ do
loꝛ ⁊ citiuſ interficit ꝓpter ſenſibilitatē iteſtini ſb
tilis maioꝛē. Secūdo quia in iliaca doloꝛ ē ma
gis ambulās uerſus dextrū ⁊ ſiniſtrū ꝓpter cir
cūuolutōes iteſtini ileon. Tertō qꝛ iliaca paſſio
ē magis ab umblico ſuperiꝰ. rō ꝓpter ſitū inte
ſtini. Quarto qꝛ iliaca remediatur magis p aſ
ſūſita per os. colica v̓o ex cliſteri. rō pꝫ. Sexto
notandū d̓ dr̄ia q̄ ē inter colicā ⁊ lapidē renum
qꝛ multi pꝛactici peccant in hoc nō diſtiguētes
bene. Pꝛia dr̄a ē ſūpta ex q̄ꝫtitate doloꝛiſ: quia
doloꝛ renalis ē paruꝰ q̄ſi acutus: ſꝫ colicꝰ doloꝛ
ē magnus. Secūda dr̄ia ſumitur ex loco: quia
doloꝛ colicus incipit a parte inferioꝛi dextri late
ris ⁊ tendit ad ſuperioꝛa ſiniſtri ⁊ ē uerſus ante
rioꝛa ⁊ pectinē decliuioꝛ q̄ꝫ ſit ad poſterioꝛa: et
fnal' incipit a ſuperioꝛibus ⁊ deſcendit paulati
uſqꝫ ad locū ubi cōfirmatur ⁊ ē decliuioꝛ ad po
ſterioꝛa. Tertia dr̄ia ſumitur ex tēpoꝛe: qꝛ rēa
lis ē foꝛtioꝛ tēpoꝛe uacuitatis: ⁊ colicꝰ alleuiatur
in ea ⁊ foꝛte ſumitur aliquid. Itē colica icipit ſu
bito ⁊ in bꝛeui tēpoꝛe. renalis v̓o paulatim.

Quarta dr̄ia ſumitur ex iuuantibus: qm̄ cli
ſtere ⁊ exitus uentoſitatis ⁊ fecum alleuiant do
loꝛē colicū: ſed non alleuiant doloꝛē renalē alle
uiatōe de qua ſit curandū. Itē medicine frā
gentes lapidē alleuiant doloꝛē renalē ſed nō co
licū. Quīta dr̄ia ſumitur ex his que adherent
urine: qꝛ in renali ꝑceſſit urina arenoſa ad mo
dū ſabule uel arene: deinde fit ſbtilis: deīde ap
parent arene: ſed in colica nō. Pꝛonoſticatō
paſſio colica ē hoꝛribilis ⁊ d̓teſtabilis eo ꝙ ſter
cus emittitur per ſuperioꝛa ⁊ adueniunt accn̄a
teribibilia ⁊ deteſtabilia: ſicut ſincopis ſpaſmꝰ
frigiditas extremitatū ⁊ deſipiētia: ⁊ ſunt ſigna
moꝛtalia ſi continuent: ⁊ ſi accidētia minoꝛētur

⁊ medicina ſūpta per os. ſi deſcendat ad inferi
oꝛa bonū eſt ſignū. ſi in colica ſuperuenit uomi
tuſ ē malū ſignū: quia ſig̃t ꝙ inferioꝛ pars ē op
pilata ⁊ ſtercoꝛa non poſſunt exire per iferioꝛa
timetur g̊ ne egrediatur p ſuperiꝰ: ſil'iter aduen
tus maloꝝ accidētiū ē malū ſignū Al.

I cū doloꝛe uentris fuerit ipſiꝰ cō
ſtrictō ⁊ nauſea. ſed nec caloꝛ nec
fe. affuerit ea egro dāda ſūt q̄ uen
trem ſine uomēdi deſiderio ſoluāt ut ē ele
ctuariū d̓ gallia. ꝙ ℞. maſticis gar̄. ʒʒ. me
lanopipis macropipis cinamōi nucis mu
ſca. gallie muſ. oīuꝫ ā̄n. ʒ. x. ſcamonee. ʒ. x.
poſtea exꝓmātur citonia acetoſa ⁊ recētia
⁊ ſuccus eoꝝ cū eiuſdē quātitatiſ melle mi
ſceanť ⁊ coquanť uſqꝫ ad ſpiſſitudinem
paulati ⁊ cōficiať ex eo medicamē qd̓ tn̄
eiuſdē quātitatis ſit cuius ſpēs ſunt cuius
doſis ſit ā̄n. ʒ. ii. uſqꝫ ad. ii. ⁊. ſ. Sillanꝰ.

Hic determinat de colica ⁊ iliaca paſſione: ⁊
diuiditur in quattuoꝛ. Pꝛimo ponit curā quan
do ꝓuenit a materia phl'ica. Secundo qn̄ fit a
materia uētoſa. Tertio qn̄ fit a caliditate ⁊ per
cōſequēs a duricie fecū. Quarto qn̄ fit ab epa
te. ſcd̓a ibi. Qd̓ ſi. Tertia ibi. Si aūt. Quar
ta ibi. Cū aūt. Pꝛia in duas. pꝛio facit hoc
Secūdo docet ꝓnoſticari. ſcd̓a ibi. Huic pꝛe
terea. Pꝛima in duas. pꝛio pōit curā qn̄ cū
doloꝛe uētris ē conſtrictio ⁊ nauſea ⁊ nō febꝛis
nec caloꝛ per electuariū ſolutiuū. Secūdo pōit
curā qn̄ nō ē timoꝛ de nauſea uehementi p eua
cuationē per uomitū ⁊ p pill'as ſecūda ibi. Qd̓
ſi nauſea. De pꝛia dicit ꝙ ſi cū doloꝛe uen
tris fuerit ſtipticitas uentris ⁊ nauſea: ſed neqꝫ
febꝛis neqꝫ caloꝛ: ſuple arguendū ꝙ ſit a mate
ria phſ'ica: tunc debent dari egro euacuātia nō
inducētia appetitū ad uomitū: ſicut ē electuariū
de gallia. ſecūdo ponit deſcriptionē. ℞. maſti
cis gar̄. ʒʒ. melanopipis macropipis cinamōi
nuciſmuſ. gallie oīum ā̄n. ʒ. x. poſtea exꝓmātur
citonia acetoſa ⁊ recentia ⁊ ſuccus eoꝝ cū eadē
quantitate melliſ miſceatur ⁊ coquatur paulati
uſqꝫ ad ſpiſſitudinē ꝯficiātur cū eis. medicamē
ſoluit ⁊ confoꝛtat ſtomachū rōe ſpēruꝫ. Ad
idē dyacitoniren ſolutiuū cū ſpēbus deſcriptōe
meſue uel nicolai. Ad idem bꝛodiuꝫ antiqui
galli in quo cocta ſint polipodiū quercinū ſemē
aneti aniſi uſqꝫ ad oſſiū ſeparatōneꝫ. Ad idē
medicina dicta. c. de doloꝛe ſtōachi a materia
frigida. Ad idē cōfectio delectabilis laxatia
Ad idē dyarob cū turbith. Ad idem elcū
ariū indum. Al.

Q.ð ſi nauſee vehemētia nō fuerit nec eger medicias vomuerit: pill'e iliace ſūt dā de. Que. ℞.coloquītide ſerapini amboꝝ aā.ʒ.x.ſcamonee.ʒ.iii. ⁊ tertiam īformēt pill'e de quibus vniꝰ aurei pōdꝰ ē dandū velociter eni paſſiōꝫ diſſoluūt iliacā. Sil.

Ponit curam per euacuationē ꝑ pill'as qñ nō ē timor de uomitu. Et prio facit hoc. ſecūdo ponit remedia alia. ſecunda ibi. Si āt paſſio.

De prima dicit ꝙ ſi nō fuerit uehemētia nau ſee ⁊ eger nō uomuerit pill'as uel medicias dn̄t dari pill'e iliace. rō q: euacuant materiā phl'eā Secūdo pōit deſcriptionē. ℞.coloquītide ſera pini amboꝝ aā.ʒ.x.ſcamonee.ʒ.iii.⁊ tertiā. for mētur pill'e de quibus pōdus .ʒ. uniꝰ ē dandū q: cito diſſoluūt dolorē iliacū. Ad idē medi cine dicte in dolore capitis a materia frigida. Ad idē ierapigra. Sil'r valet bn̄dicta. Al.

Si aūt paſſio iliaca difficiliſ fuerit nec medicamina vētris ſolutiua eis contulerit ħ ſuppone colliriū. Q.ð. ℞.ſalis paniſ.ʒ. x coloquītide interioris ſcamonee amboꝝ aā.ʒ.ii.⁊.ʒ.fiant ex eis colliria lōga ⁊ ſup ponat. Et ſi nō cōtulerint ex enemate leni cliſterizet. q. ℞.ficus citrinas.v.furfuris quantū vna manu capi pōt maluauiſci. M.i.hec in pāno ligato ⁊ ficle folia. x. in duabꝰ. lb. aque coquant donec ad vnam redeant. deide colet ⁊ ponat ſup eaꝫ bau rach pōdus vniꝰ aur.olei ſiſami.℥.i. ⁊ fiat cliſtere ex eo. Si aūt quis fortiꝰ ⁊ acutiꝰ fa cere voluerit pōdus aur. vniꝰ de collirio qð priꝰ diximus admiſceat. Cliſtere ve hemēter ſoluens quo tunc vtendū ē cum medicamina nō cōferūt nec vēter ſoluitur ℞.coloquītide iterioris.ʒ.x. centauree.ʒ. v. buthormarien arthamita āboꝝ aā.ʒ.ii oia in tribꝰ. lb. aque donec ad tertias duaſ redeāt. coquant ⁊ colent: deide diſſoluāt in ea alchitrā mell'āboꝝ aā.ʒ.iii. caſtorei ſerapini oppoponac. collirii qð ꝑdiximus oium aā.ʒ.ii. miſceant oia ⁊ dū ē tepidū fiat ex eo enema ⁊ ſi ſquibale exierint itere tur cliſtere donec exire videtur. ħ nāqꝫ cli ſtere adminiſtrari dꝫ cū res fortiſſima ē ⁊ peſ ſima ⁊ ī colica mala ⁊ ē illa in qua ſit nau ſea valde vehemēs ⁊ īfirmꝰ nō egerit.

Huic ꝑterea egritudini qñqꝫ fetida ſupue nit eructuatio ⁊ plerūqꝫ ſtercus ꝑ os egre diat qð cū accidit ſepe mortē ꝑtēdit. Sil.

Ponit curā per alia remedia: ⁊ diuiditur in duas. Primo ponit curā per ſuppoſitoria. Se cūdo per cliſteria. ſecūda ibi. Et ſi nō. De prima dicit ꝙ ſi paſſio iliaca fuerit difficilis: et medicine uentris ſolutiue nō conferūt: dꝫ ſup poni ſuppoſitoriū tale. ℞.ſalis.ʒ.x.interiorū coloquīntide ſcamonee aā.ʒ.ii.ʒ.fiant ſuppoſi toria longa ⁊ ſuperponātur. ratio dolor deſcen dit in inferioribus inteſtinis: vnde ſuppoſitoria plus attingunt ad locū. Ad idē fiant ſuppoſi toria cū modico ſaliſgēme eſula ⁊ melle ⁊ fiant longa ut plus attingant ad partes ſupiores.

Et ſi nō. Ponit curā per cliſteria ⁊ prio po nit curam per cliſtere lenitiuū. ſecūdo per cliſtē acutū. ſecūda ibi. Si aūt. De pria dicit ꝙ ſi non contulerint ſuppoſitoria dicta dꝫ fieri cliſtē lenitiuū. ratio q: mollificat ⁊ relaxat: unde ma teria ē plus apta ad euacuationē. Secūdo pōit deſcriptionē. ℞.ficus citrinas.v.furfuris qūtū pōt capi una manu maluauiſci. M.i.hec ī pan no ligata ⁊ folia ficle.x.coquātur in. lb.ii. aque donec ad unā redeat. deide coletur ⁊ ponatur baurach pōdus aurei unius olei ſiſamini.℥.i.fi at cliſtere. Si aūt. Ponit curā per cliſtē acu tū. prio unū. ſecundo alid. ſecunda ibi. Cliſte re. De prima dicit ꝙ ſi quis uellet facē cliſtē acutius ⁊ fortius pondꝰ aur. unius de collirio qð prius diximus adminiſtretur. Notandum ꝙ cliſtere lenitiuū ponitur alicubi ſic in forma. ℞.malue biſmalue mercurialis brāche urſine aā. M.i.caricarū pinguiū nūero. x. ſeis fenu greci ſe.lini ſe.aneti aā.℥.i.furfuriſ pugill'.i.olei ſiſamini mell'aā.quar.ʒ.ſaliſgēme.ʒ.i.uel ſalis cōis.ʒ.ii.caſſie bene piguis.℥.i.ierepigre.℥.vi. fiat cliſtere uſqꝫ ad q̄r.v. Cliſtere. Pōit ali ud cliſtere fortius quo ē utendū qñ medicamia alia non conferūt. ℞.interioꝝ coloquīntide.ʒ. x.bucchormariē arthanite amborū aā.ʒ.rute mentaſtri origani aā. M.i.oia ī tribus. lb. aq̄ coquātur dūce redeant ad duas tertias. deide coletur ⁊ diſſoluatur in ea alkyran mell' aā.ʒ. iii.caſtorei ſerapini oppoponaci collirii quod diximus oium aā.ʒ.ii.miſce oia ⁊ dū ē tepidū fiat enema Secūdo dicit ꝙ ſi ſquibale nō exie rint iteretur cliſtere: q: debent iterari cū res eſt fortiſſima ⁊ mala. Ad idem. ℞.paritarie cē tauree minoris origani calamenti montani aā. M.i.aniſi cimini cartami mundi aā.ʒ.i.poli podii quercini turbit bene gūmoſi ſeis raphāi. aā.℥.ʒ.pulpe coloquīntide.ʒ.ii.furfuris pugill' i.mell'olei rute aā.quar.ʒ.ſaliſgēme.ʒ.i.ſucci fi cle.℥.i.fiat cliſtē uſqꝫ ad quar.v. Huic ꝑterea

Docet pronoſticari dicens ꝙ in hac egritu dine aliqñ accidit eructuatio fetida ⁊ aliquādo

ſtercus per os egreditur. Secūdo dicit ꝙ cū ac
cidunt iſta ꝓnoſticātur mortē. rō q2 ſignāt defec
tū v̄tutis ex hoc maxīe accidit qn̄ apa eſt in inte
ſtinis. Almanſor.

Qđ ſi cū dolore vētris nō fuerit ipſi⁹
ſtrictura: ſꝫ inflatō ⁊ rugit⁹ ⁊ tenſio in vē
tre exiſtūt. Cōfectio de bacis lauri dāda
ē que. ℞. folioꝝ rute ſiccorū. ʒ. x. ameos ci
mini nigelle ſkeyſiꝫ origani carui alexādri
amigdal̄. amaraꝝ melanopipis macropi
peris mētaſtri dauci accori baccaꝝ lauri ca
ſtorei oiuꝫ an̄. ʒ. ii. ſerapini. ʒ. iiii. oppopo
naci. ʒ. iii. cōficiant̄ cū melle eiuſdē ponde
ris. cui⁹ doſis ſit ut auelana vna aut naba
cha multꝭ vicib⁹. ℥. i. vini caleſci: aut cum
apozimate đ radicib⁹. huic cōfectōi i r̄mo
uēda vētoſitate ⁊ diſſoluēda nihil equipa
rat̄. Hoc p̄terea ſuppoſitoriū ſubijciat̄ qđ
ſit vētoſitatis diſſolutiū. ℞. cimini foliorū
rute viridis āboꝝ an̄. M. i. buchormariē
arthanite amboꝝ an̄. ʒ. iii. baurach. ʒ. i. cō
ficiant̄ ex melle ⁊ ſupponat̄ cū ſpōgia uł
lana. hoc enī diſſoluit ventoſitatē īferi⁹ ⁊
expellit. Uenter quoqꝫ aſſidue ex pāno ca
lido vaporand⁹ eſt. ⁊ eger in tina mittēd⁹
Si aūt hec nō ſuffecerit vētoſa cū igne po
nenda ē. ⁊ locus donec rubere īceperit fri
cand⁹. Poſt hoc iterato fieri conuenit ex
oleo rutaceo ⁊ ex alijſ oleiſ calidis. ⁊ ex eis
cliſterizand⁹ ē eger. poſtq̄ꝫ eis admixta fu
erint caſtorei euforbij āboꝝ an̄. ʒ. ſ. Hāc ve
ro ſolit⁹ pati egritudinē dū ſanus ē caueat
ne vinū aqua mixtū bibat: nec etiā ſumat
vinū niſi puꝝ ⁊ forte: nec aquā multaꝫ bi
bit: ⁊ abſtineat ab herbis ⁊ lacte ⁊ oīb⁹
inflatis. Filoniū faciēs iliocꝭ cū maximo
coartant̄ dolore ⁊ timetur ne ſincopis ſu
pueniat: vētoſitatē carminat ⁊ ſōnū ꝓuo
cat. ℞. pipis ameoſ folioꝝ rute mētaſtri
caſtorei baccaꝝ lauri cimini oium an̄. ℥. i.
opij mādragore iuſqami oium an̄. ℥. ſ. cō
ficiātur cū melle eiuſdē quātitatꝭ detur ex
eo pōd⁹ aur̄. vnius huic quoqꝫ electuario
addit̄ plerūqꝫ ſcamonee. ʒ. tertia ⁊ fit tūc
medicamen uentris ſolutiuū. Sillanus

Ponit curam colice qn̄ fit a uentoſitate: ⁊ ita
iliace: ⁊ diuiditur in tot quot ſunt partes: ⁊ quot
remedia ponit. partes patebūt. De p̄ria di
cit ꝙ ſi cum dolore uentris nō fuerit ſtrictura: ſꝫ
inflatio ⁊ rugit⁹ ⁊ tenſio in uētre dꝫ dari ꝯfectio
de baccis lauri. rō quia diſſoluit ⁊ euacuat ven
toſitatē. Secūdo ponit deſcriptionē. ℞. foliorū
rute ſiccoꝝ. ʒ. x. ameos cimini nigelle keyſiꝫ. i.
leuiſticū origanū carui alexandrini amigdalaꝝ
amararū macropipis mentaſtri dauci melano
piperis accori baccaꝝ lauri caſtorei oium an̄. ʒ.
ii. ſerapini. ʒ. iiii. oppoponacis. ʒ. iii. cōficiantur
cū melle eiuſdē ponderiſ. doſis ſit q̄ꝫtū una aue
lana cū. ℥. i. uini calefacti: aut cū decoctōe cū ra
dicibus. Tertio dicit ꝙ huic ꝯfectōi ꝓ uētoſita
te rēmouēda nihil equipatur. Ad idē ualꝫ di
acinū diatriōpipereon. Silr̄ ualet cōeſtio cimi
ni torrefacti mediū coclear de mane. ⁊ ſi non de
tur āte cenam: ⁊ iſtud ē ſecretū ⁊ ualet ꝓ paupi
bus. Hoc p̄terea. Ponit curā per ſuppoſi
torium. dicens ꝙ debet ſubiici hoc ſuppoſitori
um. ℞. cimini foliorum rute uiridis an̄. M. i.
bucchormarien. i. cyclamis athanite amboruꝫ
an̄. ℥. ii. baurach. ʒ. i. ꝯficiātur cū melle ⁊ ſuppo
nātur: q2 diſſoluūt uentoſitatē ⁊ expellunt per i
ferius. Ad reſoluendū uentoſitatē. ualet aq̄
uite in qua bulierit ameos ⁊ caſtoreū ⁊ ariſtol̄.
lon. Item oleū rute ⁊ aneti. Item tyriaca
ātiqua per os ⁊ per extra. Itē empl̄m đ gra
nis lauri deſcriptione meſue. Item ſpōgia in
fuſa in decoctōe reꝝ carminantiū. ubi addatur
oleū rute ⁊ aneti an̄. ℥. i. ſ. ierapigra an̄. ℥. i. ſ. uł
℥. i. diſinitōiſ. ℥. ii. uel. ℥. ſ. caſſie. ℥. i. Super ſto
machū ponatur oleū de ſpica uł de coſta i quo
buliāt gar̄. ameoſ ⁊ maſtix. Itē ſuppoſitoria
cōia ubi addātur ſalgēma agaricus ⁊ puluis ie
repigre. Uenter quoqꝫ. Ponit curā ꝑ eua
porationē factā ad uētrē dicens ꝙ uēter euapo
randus ē pāno calido. Rō q2 actuali caliditate
reſoluit uentoſitatē. Ad idē ualet ſacculus de
pānico ⁊ ſale torefactis. Et eger. Ponit cu
ram per balneū dicens ꝙ eger debetītrare bal
neū. rō patet. Notādū ꝙ balneū qđ appro
ximatur uł ē balneū aque dulcis calide uł frigi
de: ⁊ tunc ualet ſolū ad mitigandū dolorē: quia
anodium.: uel ē balneū aque dulcis naturaliter
calide ut ſulphureū ⁊c. Et plus ualet diſſoluen
do: uel ē balneū artificiale in quo coquūtur res
reſoluentes uentoſitatē: ut herbe uel ſeia. đ her
bis: ut ruta antheos feniculū calamentū pulegi
um camedreos camepitheos. De ſeibus: ſemē
aniſi feniculi cimini rute carui ameos aneti.
Ad idē ualet ſpongia infuſa in decoctione p̄dcā
rum herbaꝝ expreſſa ⁊ ſuperpoſita uētri: ⁊ hoc
fiat ſepe. Ad idē pannus calidus i quo ponā
tur dicte herbe cocte. Ad ideꝫ ueſica impleta
aqua decoctionis herbaruꝫ predictarum. Uel
uas eneum plenū aqua predicta circūuolutum
pāno calido. Ad idē ualet ſtupha. Similiter

ualet ſuffumigiū factum ex thure maſtice ligno
aloes ⁊ uernice. Ad idem. ℞.ſeis lini torre
facti.℔.ſ.cimini paꝝ torrefacti.℥.i.furfuꝝ groſſ
pugillū.i.cōquaſſa ⁊ fiat ſacculꝰ vniꝰ palmi lar
gi ab utraqꝫ parte buliat in aqua uel uino ⁊ for
titer expreſſus ponatur ſupra uentrē:⁊ debet co
qui donec uadat piguedo ſuperius·**Si aūt.**

Ponit hic curā per uentoſam dicens ꝙſi nō
ſufficit quod dictuꝫ eſt dꝫ poni uentoſa cū igne
ſine ſcarificatōe ſupra uentrē.rō patet:qꝛ calidi
tas actualis reſoluit uentoſitatē. **Et locus.**
Ponit curaꝫ per fricationē dicens ꝙ locus eſt
fricandus quouſqꝫ incipiat rubere. **Poſt hoc**
Ponit curam per inunctionē dicens ꝙ dꝫbet
fieri inunctio uentris ex oleo rute ⁊ aliiſ oleis ca
lidis:ſicut ſunt oleū de aneto oleū ꝺ kerua oleū
laurinū oleū de enula oleū nardinū oleū de pu
legio.ratio patet:quia oīa talia diſſoluūt uētoſi
tatem. Ad idem emplī̄m de granis lauri.
Et ex eis. **P**onit curā per cliſtere dicens ꝙ
eger debet cliſterizari cum predictis addendo
caſtorei euforbii aā.ʒ.ſ.ratio patet. **Hanc vo**
Oſtendit a qbus ſit abſtinendū dicēs ꝙ cō
ſuetus pati hanc egritudinem dum eſt ſanꝰ de
bet abſtinere a potu uini mixti aqua.ratio quia
generat uentoſitatē .ſed debet ſumi uinuꝫ anti
quū purum.rō quia eſt calidum ⁊ ſiccum reſol
uens uentoſitatem. ſecūdo dicit ꝙ debet abſti
nere ab herbis lacte ⁊ aliis inflatiuis. **Filoniū**
Ponit curā per filoniū dicens ꝙ filoniū ua
let iliacis cum coartātur maximo dolore ⁊ cū ti
metur ne ſincopiſ ſuperueniat egro ⁊ uentoſita
tem reſoluit ⁊ maxime prouocat ſomnū. **Secun**
do ponit deſcriptionē. ℞.piperis ameos folio
rum rute mentaſtri caſtorei baccaꝝ lauri cimini
oium.aā.ʒ.i.mandragore ſeīs iuſquiami aā.℥.
ſ.cōficiantur cū melle eiuſdē quantitatis detur
ex eo pondus.ʒ.unius. **Subdit** ꝙ huic electua
rio aliqñ additur tertia.℥.ſcamonee ⁊ efficitur
ſolutiuū. Ad ideꝫ ualet ſarracē. **Notādū**
ꝙ ſtupefactiua nō debent exhiberi niſi qñ ñ con
ferunt alia ⁊ debent dari in parua quantitate et
parum morari. **Al.**

**Si aūt cum dolore fe. affuerit caſſiefi
ſtula i ſucco endiuie bulito ex diſpūato diſ
ſoluta egro ē dāda. ⁊ ſirupꝰ uiol̄.i potu eſt
tribuendꝰ. ⁊ nutriendꝰ ē ex taphea cū olo
de amigdal̄ dulcibꝰ cōdita. ⁊ ex leni cliſte
ri cliſterizandus.** **Sillanus.**

Ponit curā colice qñ fit a caliditate febrili:⁊
diuiditur i quattuor. **P**rimo ponit curam ꝑ me
dicinā laxatiuā. ſecūdo per ſirupū. **T**ertō ꝑ di
etaꝫ. **Q**uarto per cliſtere. ſecūda ibi. **Et ſirupꝰ**
Tertia ibi. **Et nutriendus.** **Q**uarta ibi. **Et ex
leni.** **D**e prima dicit ꝙ ſi cū dolore etiā fuērit
fe. debet dari caſſiafiſt. diſſoluta i ſucco endiuie
bulito ⁊ deſpumato. **R**ō quia ē lenitiua ⁊ uacu
atia colere ſi ſit ibi:⁊ qꝛ remollit feces duras fa
ctas ꝓpter fe. Ad idem ualet māna data. Ad
idem decoctio prunorū ⁊ tamarindoꝝ cū zucca
ro. **Et ſirupus.** **P**onit curā per ſirupū dicēſ
ꝙ ſirupus uiolatus ē dandus in potu .rō qꝛ in
frigidat ⁊ lenit ⁊ ſic ualet contra fe. **Et nutrien
dus.** **P**onit curam per dietam dicenſ quod
eger ē nutriendus cum taphea cum oleo ꝺ ami
gdalis dulcibus.rō quia ē cibus lenitiuꝰ. Ad
idem ualent ſpinachia. **Et ex leni.** **P**ōit cu
ram per cliſtere dicens ꝙ eger debet cliſteriza
ri ex cliſtere lenitiuo. Ad idem. ℞. olei mūdi
quar.i.ſummitatū malue biſmalue herbe uiola
rie aā. **M**.i.prunoꝝ damaſcenoꝝ ſebeſten aā.
nūero.x.ſeis melonis mundati ſe.portal̄.ſe.cu
curb.aā.℥.i.furfuꝝ pugill̄.i.olei roſ .olei uiol̄.
aā.℥.ſ.caſſiefiſt.bene piguis. ℥.i. electuarii de
ſucco roſ.ʒ.v.fiat cliſtere uſqꝫ ad quar.v. **Al.**
**Cū aūt locꝰ doloris in ventre apparuerit
groſſus ⁊ eger habens aſpa i principio fle
bothomet. deinde caſſiafiſt. cū ſucco her
baꝝ ſepe dādaē. Et ſit cibus eiꝰ cui hic do
lor ex cōſuetudie accidere ſolet taphea un
ctuoſa cuꝫ zuccaro ⁊ oleo ſiſamino: ⁊ ab
ſtineat a ſtipticis ⁊ acetoſ ⁊ a cibiſ groſſiſ
⁊ vētrē ſtrigētibꝰ. Qui aūt cū h̄ dolore uē
toſitatē pati ſolitꝰ ē. cibet cū calagie ⁊ mu
tagenat cōditis cū ſeibus ⁊ abſtineat ab
oleribꝰ ⁊ lacte ⁊ oībus q̄ inflant. Et bibat
vinū forte ⁊ nō viciatū. aut idromel cum
ſpēbꝰ q̄ pro cōdito ponētur ut pip. q̄ſ dice
mꝰ. Hec eſt cōfectio eiꝰ. ℞. mell̄ mundi. ℔.
i. aq̄. ℔. vi. miſceant ⁊ coquant diu ⁊ ſpu
ris pini qñ ponitur ſicut empl'm curat ⁊ nil me
lius eo. Serapio. Si fuerit ex ulcere inteſtini
recti: cura é ut mũdificetur prius cũ uino ⁊ mel
le. deinde cõſolidetur cũ unguéto facto ex oleo
roſ. dragaganto gũmi arabico aloe loto maſti
ce thure ⁊ cera noua. Si fuerit ab a͛pate cali
do cura eſt ut ſuperponatur a principio téta de
bõbice: uel de panno lini mollis infuſo in oleo
roſ. ⁊ albumine oui. In auguméto iuuatur
ſi fiat unguentũ ex pinguedine galline mucilla
gine ſeis lini oleo amigdalaꝝ dulciũ. Ad idé
fiat unguentũ ex axungia galline farina recenti
uolatili molendini ⁊ modico mellis. Si fue
rit ex apoſtemate frigido cura é ut in principio
fiat hoc medicamé. ℞. ſucci apii ſucci caulium
añ. ℥. i. olei camomille olei roſ. añ. quart. 5. mi
ſceátur ⁊ tenta iſuſa ſuperponatur. ſed in augu
mento addatur ad maturandũ ſeminis lini fe
nugreci añ. ℥. 5. ⁊ ſemper admiſtrétur calida.
Si uero eſt propter emoroidas cura é cura
emoroidaꝝ ⁊ de iſta dictũ fuit ſupra. ſi uero ſit
ꝑpter duritié fecũ. primo fiat cliſtere lenitiuum
⁊ mollificatiuũ factum ex decoctione malue biſ
malue olei uiol'. deinde fiat cliſtere addátur bli
tes ierapigra. Notádũ hic ꝙ iſraſcripta ua
let in tenaſmone a quacunqꝫ cá fuerit. ℞. ſe. fe
nugreci ſe. lini biſmalue melliloti camomille ſũ
mitatis cauliũ. añ. ℥. iii. conquaſſa ⁊ buliant ſil'
in aqua ⁊ ſpongia intingatur in illa aqua ⁊ exp̄
matur ⁊ ſuper locũ applicetur. ſil'r ſi ſit ſeſſio in
predicta decoctõe. Ad idé empl'm factũ ď ui
tello oui camomilla altea mucilagine ſeis lini et
fenugreci. Ad idé allea bulita per modũ em
plaſtri ſuperpoſita ano. Ad idé porrũ elixatũ
cũ butiro uaccio oleo roſ. ⁊ pauca cera fiat un
guétũ ⁊ ſuperponatur. Ad idé colliriũ roſ.
qď dcm̃ fuit ſupra ⁊ põitur qñ alia ñ cõferunt.

De difficultate vrie

Irca rubricá eſt notandũ ꝙ triplex
é nocumentũ in emiſſione urine. ſ.
actio leſa diminuta corrupta ⁊ abla
ta. Uocatur actio leſa diminuta quádo urina ñ
põt expelli niſi diminute ⁊ in longo tépore ⁊ per
interualla ⁊ dr̃ diſſuria. Sed ablata é quando
nullo mõ põt expelli ⁊ uocatur ſuria. Sed cor
rupta é quando expellitur guttatim ⁊ uocatur:
ſtranguria. unde uerſus. Egrũ guttati ſtrangu
ria mingere cogit. Impedit ad tépus diſſuria
ſuria ſemper. ⁊ ſic patet ꝙ diſſuria é iuolũtaria
retentio urine. Secundo notandũ ꝙ cá reté
tionis urine quedá é naturalis ⁊ quedá innatu
lis. Naturalis ſicut in ſudore uel fluxu uentris.
Sed inaturalis uel ꝓuenit a cá intrinſeca ul' ex
trinſeca. Si ab extrinſeca aut ꝓpter flatũ uenti
borealis aut ꝓpter potũ aq̃ frigide uel balneũ
uel q2 ſedit longo tépore ſuper marmore: aut la
pides frigidos. aut ꝓpter frigida applicata ſu
per umblicũ ſicut narcotica ⁊ ſil'ia: aut caſus et
percuſſio. Si ꝓuenit a cá intrinſeca uel ab aliiſ
mébris aut a ueſica. Si ab aliis mébris tũc cõ
ſtrigitur uria ⁊ retietur iuolũtarie: aut ppꝑaſſi
ones mr̃icis: aut pp paſſiões teſticuloꝝ aut pp
iteſtia. aut q2 feces ſũt nimiſ idurate aut pp paſ
ſiones renũ: ſicut é a͛pa lapis ⁊ ſil'a: aut ꝓpter
paſſiones epatis ut caceſia idropiſis: aut ꝓpter
paſſiones cerebri ſicut é mania ml'ia ubi obliui
ſceretur mingere: aut ꝓpter paſſiones neruorũ
cum ſunt mollificati: aut ſpaſmati: aut ſit ꝓpter
paſſiones totius corporis ſicut eſt febris acuta
febris liquefactiua que ſit diſſicans ⁊ corrugás.
Si prouenit a ueſica aut é ꝓpter paſſiones ani
males aut naturales. Si animales et cum hoc
aliquis eſt in loco nobili et non uult remouere
ſe: et tunc repletur ueſica ⁊ ſuperius dilatatur
⁊ conſtringitur inferius. ideo cuꝫ eſt in loco nõ
uenerabili nihil poteſt exire propter coartatõné
foraminis. ſi propter paſſiones naturales ueſi
ce: hoc ſit tripliciter: aut propter morbos conſi
miles ſicut mala complexio calida ⁊ ſicca in fe.
⁊ hoc ſit raro. uel mala cõplexio frigida: ⁊ hoc
ſit frequenter: aut ſit propter morbos officialeſ
ſicut oppilationes prouenientes ab humore uel
ſanie uel lapide aut uentoſitate aut carne ſuper
flua: aut ueruca uel ſimilibus: aut ſit propter
morbũ cõe ſicut in ulcerib⁹. Tertõ notádũ ď
ſiguiſ ſigna difficl'taꝭ emiſſiõiſ urie ſũt máifeſta

Sed ſigna cauſarū habentur per hunc moduꝫ
Si eni cauſe ſint extrinſece habentur ex iudicio
patientis. Si intrinſece ⁊ fuerint ab aliis mem
bris diſtingūtur ex ſignis paſſionū alioꝝ mem
broꝝ que p̄ceſſerūt ⁊ poſtea ſeqtur ſtrāguiria
Si uero fuerit a ueſica diſcernitur per dolorem
loci: quia ubi dolor ibi egritudo. Sed ſi fuerit
ꝓpter paſſiões animales habētur ex iudicio pa
tientis. Sed ſi fuerit ꝓpter paſſiones naturaleſ
ueſice: ⁊ ſi ex mala cōplexione calida lꝫ raro tūc
diſcernitur: quia ē febris ⁊ ardor. Si ex frigida
tūc ē ibi frigus ⁊ priuatio ardoris. Si eſt ꝓpter
morbos officiales ⁊ ſi ex apāte ⁊ tunc eſt ibi tu
mor ⁊ febris. Si ex lapide preceſſerūt arenule.
Signa ſi ex uentoſitate dolor eſt extenſiuus ⁊ in
flatiuus. Si ex humore preceſſit urina turbida
⁊ hūoroſa ⁊ groſſa ⁊ ſic de aliis cauſis conſide
rando pōt ſapiens medicus uenire ad cognitō
nem. Si ꝓpter morbū cōem. ſ. ex ulcere cogno
ſcitur: quia preceſſit ſanies ⁊ punctura. Prono
ſticatio. ablatio urine ſi diu durauerit mortem
ſignificat. Almanſor.

Um vrina minuitur ⁊ ex toto reti
netur nec tumor apparet in femo
re nec grauitas nec dolor ī renib⁹
ſentitur: ſuccurrendū eſt ex medicamibus
vrine prouocatiuis que noiauimus. quoꝝ
vnius confectio. ℞. ſeis apii nitri rubee ti
ctoꝝ ſeis oliſatri ſe. iuniperi aſſari ameos:
ſpice amigdalaꝝ amaraꝝ añ. ʒ. xx. ſe. melo
nis. ʒ. x. cātaridaꝝ quaꝝ capita ⁊ ale abſci
ſa fuerint. ʒ. i. armōiaci. ʒ. iii. armoniacuꝫ
in vino diſſoluatur ⁊ alie ſpēs ex eo conſp
gātur ex quibus fiāt pill'e magne ex qbus
ſumaꝫ ab. i. ʒ. uſqꝫ ad tres. hoc enim medi
camē vadle cōfert corpi cū diſſolutionem
⁊ laxationē patiꝫ ⁊ ipoſarce ad expellēda
oīa accidētia cauſa quoꝝ corpus deſiccari
oportet. ꝙ ſi cōtingat mingēdi difficultas
ex caſu uel percuſſione in femore uel ī ano
vel in eoꝝ circūitu eger ex baſilica minuaꝫ
deīde aqua calida loco ſepe ſupfundatur
⁊ vſqꝫ ad ſpatiū medii diei ex oleis fricetꝫ.
Egro quoqꝫ precipiatur ut vrinam expel
lere nitatur. Sillanus.

Determinat de difficultate urine ⁊ diuiditur
in quinqꝫ: Primo ponit curā quando ꝓuēit ex
debilitate expulſiue. Secūdo qñ prouenit ex ca
ſu ⁊ percuſſione. Tertio qñ prouenit ex oppilati
one. Quarto ſiñ prouenit ex lapide. Quito oſtē
dit que generaliter cōpetunt in difficultate urie
ſcđa ibi. Qđ ſi contingat. Tertia ibi. Si aūt.
Quarta ibi. Si aūt. Quinta ibi. Ad difficul
tatem. De prima dicit ꝙ qñ urina minuitur
aut ex toto retinetur ⁊ non apparuerit in femorē
tumor neqꝫ grauitas neqꝫ dolor in renib⁹ ſenti
tur ſuple arguēdū eſt ꝙ ſit ex difficultate expul
ſiue. rō pꝫ. Pro cura dicit ꝙ ē ſuccurrendum
cum medicaminibus urinā prouocantib⁹. ratō
quia talia iuuant uirtutē expulſiuā ad expellen
dum. Tertio ponit deſcriptionē unius medica
minis. ℞. ſeis apii nitri rubee tictoꝝ oliſatri ſe
minis iuniperi aſſari ameos ſeis feniculi ſpice
amigdalarū amararū oium añ. ʒ. xx. ſe. melo
nis. ʒ. x cantaridarū quarū capita ⁊ ale abſciſe
fuerint. ʒ. i. armoniaci. ʒ. iii. armoniacuꝫ in uino
diſſoluatur ⁊ alie ſpēs ex eo conficiātur ex qb⁹
fiūt forme auelanis ſimiles ex quibus ſumatur
añ. ʒ. uſqꝫ ad. ʒ. iii. Hoc eni. Ponit iuuamē
ta medicaminis dicens ꝙ ualde confert corpori
habenti diſſolutionē ⁊ laxatōnē ⁊ ipoſarcā ⁊ ad
expellendū oīa accidentia cauſa quoꝝ cōtingit
corpus exiccari. Ad idem ualet electuarium
ducis dentur. ʒ. ii. ī ieiunio ⁊ poſtea bibat uinū
album uel brodiū ciceꝝ. Qđ ſi contingat.
Ponit curā difficultatis urine qñ ꝓuenit ex ca
ſu uel percuſſione dicens ꝙ ſi contingat difficꝫ
tas mingendi ex caſu uel pcuſſione in femore:
aut in ano: aut ptibus circūſtantib⁹ debet fieri
phlebotomia đ baſilica. rō quia diuertit ſāgui
nē ne fluat ad locū. Secūdo dicit ꝙ aqua cal'a
loco ſepe ſuperfundatur. rō quia ē cauſa diſſo
lutionis ſanguis in loco coagulati. Tertio dicit
ꝙ debꝫ fricari ex oleo uſqꝫ ad ſpaciū medii diei
rō quia talia olea. ſ. calida reſoluūt. Quarto
dicit ꝙ egro ē precipiendū ut nitatur mingere.
Ad idem ualet empl'm de maſtice ⁊ myrrha.
Ad idem ſacculus de abſinthio bullitus ī ui
no fortiter cōpreſſus ualꝫ multū ī pcuſſiōe. Al.

Si aūt mingendi difficultas cōtingat
veſica exiſtente plena ⁊ extenſa ⁊ ſic hoc
poſt ſanguis vel puris mictū medicamīa
q̄ trūbos ſanguis ul' puris qđ in veſica ge
neraꝫ ſoluere ⁊ eliquare cōſueuerūt dāda
ſūt. Cōfectō medicamīs qđ ſanguis ul' pu
ris trūbos q̄ iu veſica fiūt diſſoluētis. ℞.
cordumēi myrrhe rubee đ q̄ tingiꝫ. ſeis iu
niperi armoniaci aſſe fetide añ. armōiacū
diſſoluaꝫ ⁊ īformētur pill'e ex eis: ex aliis
ſpēbus ex eo cōfectis de qbus quater ī die
ſumaꝫ cū apozimate de ſeibus qđ noiaui
m⁹. Sirupus etiā acetoſus ex forti aceto fa
ctus multotiēs deꝫ. Per ſiringā preterea ī
mittaꝫ aq̄ in veſicā in qua diſſolut⁹ fuerit

ſal aut aq̄ cineris. Et iſta ē confectio aque que fit de cinere. ℞. cinerem de glādibus cinerē ⁊ uitibus cali. calcē his oibuſ admiſceaꝫ tm̄ aque vt ex ea cooperi poſſint ⁊ dimittāꝫ ſic per tres dies. deinde colentur ⁊ ꝑ ſiringā iniciāꝫ in veſicā. Herba quoq; croci ortulāi ⁊ ſulla cocta ſupponanꝫ Tinā preterea aſſidue ingrediatur ī aqua ſit aq̄ ī q̄ cocta ſit camomilla ſticados arabicus. ſanſucus ſiſimbriū: uel in aq̄ extremitates cauliū ⁊ ſulla ⁊ fimus colūbinus cocta fuerint ⁊ ſedeat in ea q̄ꝫ diu poterit: Et ex herbis iſtis ſic coctis fiet empl̄m ſiue epithima ſuꝑ femur ⁊ ꝑtes ei circūadiacētes. Et dū in tina moraꝫ ſumat ea in potu q̄ vrinā ꝓuocant. Et ſi hec oia nō ꝓfuerit ad inſtrumentū quo vrina ꝓuocaꝫ redeūdū ē. Si āt migēdi difficultas poſt lapidiſ ſigna affuerit eger ſupin⁹ iacet ⁊ pedes ei⁹ diu ⁊ diuerſis modis ⁊ fortiter q̄ciēdi ſūt Et ſi urinā n̄ egreſſa fuerit oportebit ut cū inſtr̄o cureꝫ ꝑ qḋ mēbro īmiſſū fit ipulſio Cauendū tn̄ ē ne v̇ge imittatur cū ē aꝑa. Ad difficultatē v̇o vrine valḋ confert ſepe īgredi tinā ⁊ ungere locū ex oleo ⁊ medicamina vrinā ꝓuocātia i potu ſumere ⁊ abſtinere a nutriētibus acetoſis ⁊ groſſis Ponit curam quādo difficultas urine prouenit ex opilatione. ⁊ diuiditur in tot partes quot remedia ponit. partes patent. De prima dicit ꝙ ſi difficultas mingendi cōtingat ueſica exiſtēte plena ⁊ extenſa: ſit ⁊ hoc poſt inictū ſanguis ⁊ faciei debēt dari medicamīa que cōſueuerūt liquaꝛ̄ aut diſoluere trūbos ſāguinis: aut pus qḋ in ueſica fuerat. Ratio patet. Secundo illius medicāinis pōit deſcriptionē. ℞ cordumēi rebee de qua tingitur ſeminis iunipi armōiaci an̄ partes equales armoniacū diſſoluatur ⁊ informentur pill'e ex aliis ſpēbus ex eo cōfectis de quibus quater i die ſumatur cū decoctione de ſeminibus de qua dictū eſt ſupra. Notandū ꝙ ueſica poteſt ipleri tribus primo ex urina quādo homo moratur iter nobiles ⁊ i hoc ꝓualet ut homo decūbat ſupra uentrē ⁊ ſupra pectiem ⁊ ꝙ ſic fricetur ꝙ urina uadat per iferius ⁊ uie inferiores dilatentur. Secūdo poteſt ipleri ex humoribus ⁊ ut plurimū ex ſt'ate deſcēdēte quāuis poteſt eſſe ſanguis ul' colera licet raro: ⁊ tunc cōpetit medicamen raꝫ. Tertio poteſt impleri ex lapide ⁊ de illo determinat inferius. Sirupus. Ponit curā ꝑ ſirupū dicēs ꝙ detur ſirupus frigidus: Ratio q2 apit ⁊ dilatat uias

Ad idē uinū decoctionis radicis filipendule datū in potu eſt ualde expertū. Ad idē ℞ ſeis feniculi capilli ueneris ſcolopēdrie ſeminis cucurbite melōis cucumeris lactucaꝝ endiuie cicoree an̄ piſtentur ⁊ buliāt i aqua ⁊ dulcoretur cum zuccaro ⁊ fiat ſirupus ualde aquoſus. Ad idē dyacalamētum meſue detur. ʒ. ii. uel ʒ. i cū uino. Ad idē ualēt aliī potus ꝓuocatiui urine: quorū unus eſt oximel ſquilliticū adminiſtratū cū aqua cicerū. ru. ⁊ ſeminis melonū. Ad idē. ℞ pilorū ſpice nardi. ʒ ii cantaridaꝝ remotis capitibus ⁊ aliis. ℈. ſ. fiat puluis ſubtilis ⁊ detur cū decoctione ciceꝝ ru. ⁊ ſemine melonum Ad idē aqua raſani ſi potetur: ⁊ ſimiliter omēs potus qui cōfert ūt in fractura lapidis qui infra dicētur. Per ſiringam. Ponit aliud medicamen dicens ꝙ per ſyringā debet poni in ueſica aqua in qua diſolutū ſit ſal: ut aqua cicerū: quia mordicatia erit ⁊ icitat expulſiuā ad expellendum. Secūdo ponit deſcriptionē illius aq̄: ℞ cinerē de filice cinerem de uitibus. caly ⁊ eſt herba qua utuntur tinctores. calcis hiis oibus admiſceantur tantum aque: ut ex ea coopiri poſſint ⁊ dimittantur per tres dies. deinde colentur ⁊ ꝑ ſyringā i ueſica ponantur ⁊ iniiciātur. Ad idē ualet ſi per ſyringā iniiciatur oleū ſcorpionū in quo carnes ſunt diſſolute ⁊ colate Herba quoq;. Ponit aliud remediū dicēs ꝙ herba croci ortulani ⁊ ſula. i. herba arthetica. cocte debent ſuperponi. Ratio q2 tales herbe ſunt aperitiue. Ad idē ℞. folioꝝ rute. M. ii. cōquaſſa ⁊ torrefiāt paꝝ in patella cū oleo amigdalaꝝ amaraꝝ uel ſcorpionū ⁊ ſuperponantur pectini. Ad iḋ lapaciū decoq̄tur i uīo ul' aq̄ uel frixū in patella cum oleo amigdalaꝝ ul' ſcorpionum. Ad idem ℞. paritarie ſenaonum ſaxifragie dyptāi. an. M. i. ſeminis feniculi aniſi an̄. ℥. ſ. bulliant in aqua uel uino albo: deinde predicte res exprimantur ⁊ inuoluantur pāno līeo ⁊ apponantur pectini. deinde ſpongia infundatur in ꝑ̇dicta decoctione ⁊ expreſſa ponatur ſupra locum ⁊ ſi ex ꝑ̇dicta decoctione impleatur ueſica ⁊ loco applicetur multum ualet ⁊ ex hiis poteſt fieri balneū. Tinam. Ponit aliud remediū dicēs ꝙ patiens debet ingredi tinā in qua ſit aqua decocta cū camomilla ſticados arabico ſanſuco ſiſimbrio: uel aqua in qua extremitates cauliū ⁊ ſula ⁊ fimus colūbinus cocte fuerint ⁊ debet ſedere in dicta decoctione. Ad idē balneū aque decoctionis apii petroſ. paritarie ⁊ herbe marine ⁊ cōuniter patauī utuntur iſto. Ex herbis. Ponit aliud remediū dicēs ꝙ ex

herbis dictis coctis fiat empl'ꝫ ſ; femur ⁊ ptes
circūſtātes. Ad idē. ℞. axūgie catuli axūg. catti
añ. ℥. i armōia. ℥. ſ. olei d̓ lilio. ℥. ii. olei ſcorpi.
ʒ. i. cere modicū fiat ungtm̄ cū quo ungatur pe
ctē ⁊ loca circunſtantia. Ad idē fiat ungtm̄ ex
oleo balſami ⁊ oleo roſ. ⁊ cera. Ad idē fiat inun
ctio ex oleo de ſcorpionibus ul' d̓ amigdal' ama
ris ul' de lilio ul' de his ſilib⁹. Ul' ex olo d̓ cera
ſis uel oleo balſami. uel de granis citri ⁊ citran
gulorꝫ ul' de pipibus. Notādū ꝙ iſta pticu
laria debēt fieri p̄miſſa euacuatōe p cliſtere ⁊ p
medicinā cū benedicta ⁊ yera ⁊ ſilibus. Scdo
notandū ꝙ ſunt duo q̄ in oi caſu urinaꝫ ꝯſueue
rūt ꝓuocare. Unū ē axungia cuniculi ⁊ pellis
ei⁹ ſupra pectinē ⁊ v̓gam applicata Scdꝫ ē ci
mices ſiue uiui ſiue mortui ponantur ſupra cap̄
v̓ge ⁊ ponantur i ſacculo ⁊ ſacculus iduatur uir
ge. Et dū. Ponit aliud remediū dicens ꝙ cuꝫ
patiēs moratur i tinta dꝫ ſumere ꝓuocantia uri
nā. rō pꝫ. Et ſi hec. Pōit iterato unū remedi
um dicens ꝙ ſi p̄dicta non ſufficiāt ē reuertēdū
ad ſupra dictū cū quo urina ꝓuocatur. ſ. ſirin
gā. Si aūt. Ponit curā difficultatis urine qñ
ꝓuenit ex lapide. Et primo facit hoc. Scdo po
nit cañ. obſeruandū. Scda ibi. Cauendū tñ.
De prima dicit ꝙ ſi fuerit difficultas mingendi
poſt ſigna lapidis eger dꝫ iacere ſupin⁹ ⁊ pedeſ
ei⁹ diu ⁊ diuerſis modis ſūt ꝯtrahendi uel cōcu
tiendi fortiter: rō q: ē cā: ut lapiſ deſcendat. Se
cundo dicit ꝙ ſi uria ñ fuerit egreſſa oportebit
ꝙ cura fiat cū inſtro per qd̓ imiſſū in mēbro fi
at expulſio. Notandū ꝙ i tali cura tria ſunt
iuuantia: Primū ē ut digitus lōgus ponatur in
ano ⁊ ꝙ ueſicā ꝯprimat ſic ꝙ eradicetur lapis
a collo ueſice. Scōm eſt ut patiēs ſtet ſupinus
⁊ eleuētur ei⁹ anche ⁊ crura cōcutiantur añ ⁊ re
tro quouſqꝫ lapis deſcendat. Tertiū ē cū inſtro
dicto. **Cauendū.** Ponit cañ. obſeruanduꝫ di
cēs ꝙ cauēdū ē ne ſiringa ponatur in membro
cū ſit ibi ap̄a. rō q: induceret magnū doloreꝫ ⁊
ſic attraheret materiā ad locū. **Ad difficulta
tē.** Oſtendit q̄ generaliter ꝯpetunt i difficul
tate urine dicēs ꝙ ualet ſepe igredi tinā. ſo iun
gere ſepe loca ex oleis. Tertio ſumere i potu ꝓ
uocantia urinā. Quarto abſtinere a cibis ace
toſis ⁊ ponticis ⁊ groſſis. Ratio patet. No
tandum ꝙ loco horꝫ ciborum ualēt radices be
ne cocte de petroſilino.

De lapide. Sillanus

Otandū circa rubricā ꝙ lapis ē mor
bus officialis in numero addito p̄ter
naturā. Scdo notandū ꝙ lapis aliqñ
gñatur in ueſica. Aliqñ in renib⁹. aliqñ in cōca
uitatibus licet raro. ut in pulmone. Tertio notā
dū ꝙ cā gñationis lapidis in renib⁹ ul' in ueſica
eſt duplex. q̄dā materialis q̄dā efficiens. Ma
teriales ſūt humores phl'atici groſſi uiſcoſi exi
ſtentes in renib⁹ ul' ueſica. Cā efficiēs ē duplex
q̄dā ē imediata. ut calītas renū ⁊ ueſice agens
in materiā groſſā reſoluendo ſubtile ⁊ remanet
groſſū ⁊ petrificatur. Quedā ē mediata ⁊ talis
ē duplex: q̄dā intrinſeca. ut debilitas ſtōi ⁊ epa
tis rōe cuius generantur humores groſſi q̄dā
extrinſeca: ſicut potus ⁊ cibus groſſi aer turbi
dus repletio ois res ñ naturalis generās hūo
res groſſos. Quarto notandū ꝙ differētia
ē inter lapidē renū ⁊ ueſice q: lapis ueſice ē albi
or durior ⁊ maior ⁊ generatur plus i etate pue
rilli. Lapis v̓o renum eſt rubicundior mollior ⁊
minoris quātitatis ⁊ gñatur plus in ſenib⁹ ⁊ iu
uenib⁹ Quinto notandū ꝙ ſigna lapidis exñꝫ
in ueſica ſunt illa q̄ ponit raſ. Primum ꝙ eger
fricat ſepe v̓gā ⁊ manutractat. Scōm ꝙ erigi
tur v̓ga. Tertiū ꝙ urina egreditur cū difficulta
te ⁊ dolore. Quartū ꝙ inteſtinū rectum aliquā
do egreditur. Signa lapidis exiſtētis in renib⁹
ſunt q̄ ponit Raſ. Primū q: cum difficultate
mingendi ſentit dolorē uehementē in renibus ⁊
emunctoriis. Scōm q: hꝫ nauſeā. Tertiū q: hꝫ
ſtipticitatē uentris. Silr ſentit doloreꝫ in ſpina
dorſi ⁊ in anchis. Silr uidetur ſibi ꝙ ꝓpūgatur
Pronoſticatio cū urina. ē ſpiſſa turbida cū are
nis multis ⁊ cito efficitur tenuis cū dolore illarꝫ
partiū ꝓculdubio ſignificat lapidē generari
Si poſt generationē lapidis adueniant multe
arene cū urina ſpiſſa ſignificat diſſolutōnē lapi
dis. Lapis renū ⁊ ueſice ē morbus hereditari⁹
ſimiliter ⁊ lepra ac podagra ⁊c. **Al.**

**Um eger uirgā ſepe fricat ⁊ mān
tractat ipſa quoqꝫ frequenter eri
gitur ⁊ ſubtiliatˀ ⁊ urina idifficili
ter ⁊ cū dolore egreditur in qua egritudīe
fortaſſa ⁊ longaon exit lapis in ueſica eē
ſignificatur. ſi aūt eger cū difficultate min
gendi ſentit uehementē dolorē in renibuſ
⁊ in unguibus ⁊ nauſeā ⁊ uētris conſtric
tionē in renibus lapis eē monſtratˀ. Silla.**

Determinat de lapide: ⁊ diuiditur in duas.
Primo ponit ſigna lapidis ueſice ⁊ renū. ſcdo
ponit curā. ſa ibi. **Lapidi.** Prima in duas. p̄
mo ponit ſigna lapidis ueſice. ſcdo renū. ſcda
ibi. **Si aūt eger.** De prima dicit ꝙ cum lapis
eſt in ueſica apparent iſta ſigna. primum quod
eger fricat ſibi ſepe uirgā. ſ. radicē ⁊ manu ſibi

ractat eã. Rõ q: talis lapis hʒ aſpitaté ⁊ indu
cit pruritum ⁊ titillationé in radice uirge: ſm ꝙ
ga aliqñ erigitur. Rõ q: calor ueſice é debilis
⁊ aggregat uentoſitaté que eſt cã erectõis ṽge.
Tertium q: urina diſtillatur difficulter ⁊ cum
dolore egreditur. rõ primi q: ꝑpter oppillatõʒ
Rõ ſi q: ꝑpter aggrauationé factã a lapide i
locis illis. ſ. i pectine. Quartũ aliqñ exit inteſti
nũ rectũ dũ aſſellat patiens. rõ é cõpreſſio egri
ꝑꝑ nocumentũ lapidis. Si aũt eger. Ponit ſi
gna lapidis in renibꝰ dicés ꝙ ſi lapis ſit in reni
bꝰ appent illa ſigna. primũ q: difficulter migit.
rõ ꝑpter oppillationé uenaꝝ qbus tranſit uria
Scõm é dolor in renibꝰ ⁊ emunctoriiſ ꝑꝑ oppil
latõm factã in locis illis. Uñ ſi ſit in dextro rne
aſcédit dolor ad epar. ſi ſit i ſiniſtro dolor deſcé
dit plus iferiꝰ. Cã hꝰ põt eé: q: ren in parte dx
tra plus aſcédit q̃ʒ i parte ſiniſtra ⁊ hoc ꝑpter
colligantiã. Tertiũ ſignũ é nauſea. rõ q: cõpati
tur ſtomachꝰ. Quartũ ſignũ é cõſtrictio uẽtriſ
rõ ꝑpter cõſtrictioné inteſtinoꝝ. Al.

Lapidi vero q é in veſica confectio hec
vtilis exiſtit ⁊ é optima ad frangenduʒ la
pidé cũ fuerit uetuſtꝰ. Ego quoqʒ iaʒ fre
gi cũ eo magnũ lapidé i miori ſpatio quã
xl. dierũ. Q.d. ℞. carpobalſami ſemis
raſani ſe. olixatri cortic. radicis oppopõa
ci. corticũ radicũ capparis amigdalaruʒ
amararũ dâpno cochie ſqnanti cipi ſpice
inde caſſie lignee ſaculo cõdrion. harmel.
genciane ariſtol'. ro. aſſari cordumeni ar
moniaci ſerapini bdeli pipis acori añ. gũ
me diſſolute ſufficienti balſamo malaxen
tur ⁊ ex eis alie ſpecies conſpergãt ex qui
bus informentur pille ⁊ ſumãtur ex eis in
de. ʒ. i. cũ apozimate de ſeminibus. Quã
doqʒ ſeptima pars unius. ʒ. de cinere ſcor
pionũ cũ eis datur. Cinis uero de ſcorpio
nibus hoc mõ fit. ſcorpiones ſumãtur ⁊
in ollam nouam poſiti os habenté oppila
tũ ſuper laterculũ in furno mittant i quo
non ſit nimius calor neqʒ uehemés ⁊ ſint
in. vi. horarũ ſpacio. deinde extracti pl'ue
rizẽtur ⁊ reponantur. Eger uero nutriat
ex aqua ciceris ⁊ calagie ⁊ mutagenat: ⁊
abſticat a lacte ⁊ caſeo ⁊ ab aliis nutrimé
tibus groſſis. ⁊ igrediat tinã ubi ſit aqua
in qua cocta ſint folia caulium ⁊ ſula ba
régerieſ ⁊ mentaſtrũ ⁊ fimus columbius
⁊ medulla croci ortulani. Femur etiam ſe
pe iũgat ex oleo ſcorpiõis ⁊ imittat ṽge.
Q.d' ℞. ariſtol'. ro. géciãe ciperi cortic. ra
dic. capis añ. ℥. i. hec omnia in ℔. i. olei de
amigdal' amaris poſita ad ſolé per ebdo
madã unã dimittãt ⁊ colét ⁊ ꝑ unaq̃qʒ
℔. ex eo adiungantur ei ſcorpiones. x. ⁊ to
tũ i uas cuius os oppilatum fuerit miſſũ
ad ſolem ꝑ duas ſeptimanas moret dein
de colatuʒ reponatur. Eſt enim optimũ ⁊
mirabile. de quo guttati quotidie i uirga
mittendum eſt poſtq̃ʒ eger egreditur de ti
na. Quod ſi lapis magnus fuerit non iue
nitur aliud remedium niſi ut cum inciſiõe
extrahatur. de hoc tamen loqui huius no
ſtri libri modum excedit. Sillanus.

Ponit curã lapidis ⁊ diuiditur i duas. Pri
mo ponit curã lapidis exiſtẽtis in ueſica. Scõo
in renibꝰ. Scõa ibi. Cũ aũt. Prima in duas.
Primo ponit curã qñ lapis ñ é magnꝰ. Scõo
ponit curã per cirurgiã qñ lapis é magnꝰ. Se
cunda ibi. Q.d. ſi lapis. Prima i tres. Primo
ponit curã per medicinas aſſumptas per os.
Scõo per dietã. Tertio per ea q̃ exteriꝰ approxi
mantur. Scõa ibi. Eger uero. Tertia ibi. Et
ingrediatur. Prima i duas ſm ꝙ duaſ ponit
medicinas. Scõa ibi. Qñqʒ. De prima dicit
ꝙ i lapide ueſice dʒ dari iſta cõfectio q̃ dicetur
q̃ é utilis ad frãgendũ lapidé cũ lapiſ fuerit ma
gnꝰ ⁊ antiquꝰ. Scõo teſtatur ſe fregiſſe lapidé
in miori tpre. xl. diebus. Tertio ponit deſcriptõ
né. ℞. carpobalſami ſe. raſani dauci oxilatri. i.
ſe. macedonici. Corticũ radicũ oppopõaciſ cor
ticũ radicuʒ cappis amigdalaꝝ amaraꝝ dãno
cochie. i. ſaxifragie ſqnanti cipi ſpice ide caſſie
lignee ſacculo cõdrion. i. ſcolopendrie harmel
géciane ariſtol'. ro. cordumeni armoniaci ſera
pini bdeli aſſari accori oim añ partes eq̃les gũ
me ſufficienti balſamo diſſolute malaxentur ⁊
ex eis alie ſpẽs ꝯſpergãtur ex qbꝰ iformẽtur pil
lule ⁊ ſumãtur ex eis in die. ʒ. i. cũ apozimate d
ſe. Qñqʒ. Ponit medicinã aliã dicés ꝙ qñqʒ
dʒ dari cũ ꝑdicto medicamine. vi. pars. ʒ. i. de
cinere ſcorpionũ. Scõo ponit deſcriptõnem cie
ris ſcorpio. q ſic fit. ℞. ſcorpiões ⁊ in olla noua
poſiti hñte os oppillatũ ſr laterculum in furno
ponãtur ubi ñ ſit uehemés ignis ſtẽt ibi per ſpa
tiũ. vi. horarũ. deinde extracti puluerizentur ⁊
reponantur. rõ iſtiꝰ é: q: incidunt ⁊ ſbtiliant lapi
des in ueſica. Ad idé. ℞. crete marie milii ſol'
cicerũ añ. ℥. i. ſ. ſanguis yrci bñ ꝑparati. ℥. ii. la
pidis ſpõgie lapidis iudaici añ. ʒ. i. ſe. melonũʒ
mundatoꝝ. ℥. i. ſaxifragie. ℥. i. zuccari al. q. ſuf
ficit fiat electuariũ Ad idẽ comedãtur duo boli
crete marine quolibʒ mane madefacte aceto in

quo ſit uinũ album ⁊ cũ iſto fregi lapidé i q̃dã
muliere. Ad idé ualét ſi comedétur oi máe tres
rotule radicis rafani ſilueſtris. Ad idem ua
let auis que dicitur caudatremula quocunq3
mó comeſta uľ i puluere ſi aſſetur uľ elixata uľ
aſſata. **Eger ṽo.** Póit curá per dietá dicés q͏ꝫ
eger d3 nutriri ex aqua cicex ⁊ calagie ⁊ muta
geát ⁊ ſũt cõdimẽta facta ex ſpeciebus. Ró quia
cõprimũt ⁊ dilatant. Secũdo dicit q͏ꝫ d3 abſtie
re a lacte ⁊ caſeo ⁊ ab aliis cibiſ groſſis. Ratio
q2 augmétát materiá fľaticá que é cauſa augm̃
ti lapidis ⁊ oppilatióis uiax urie. **Et igrediaꝛ**
Ponit remedia ab extra ⁊ diuiditur i duas uľ
tres. Primo ponit curá p balneũ: Secũdo per
iunctioné. Tertio p imiſſioné in uirgá Scđa ibi
Femur etiá. Tertia ibi. **Et imitaꝛ.** De pria
dicit q͏ꝫ eger d3 ingredi tiná in q̃ ſint cocta folia
caulũ ⁊ ſcicla ⁊ berégeſif. i. una ſpés abrotái ⁊
métaſtx ⁊ fimus colũbinus ⁊ medulla ſéis cro
ci ortulái. Ró q2 mollificat lapidé ſubtiliat ⁊ in
cidit ⁊ apit uias. Ad idé ual3 balneũ ꝺcoctóis
malue biſmalue abrotái paritarie certe marie
ſéis altee fenugreci ⁊ ſéis lini iſtud. n. mollificat
ſedat ⁊ apit: ⁊ frangit lapidé. **Femur etiá:** Po
nit curá p iunctioné dicés q͏ꝫ femur ⁊ pecten de
bét ungi ex oleo de ſcorpionib⁹: q2 ualet p q̃lita
tes ꝓprias ⁊ a ꝓprietate ⁊ ṕual3 ſi fiat qñ exit
a balneo. Notádũ q͏ꝫ añq3 fiat unctio ex oleo
ſcorpionũ ualꝺ utile é mollificare cũ emplo q͏ꝫ
ſic fit ℞ malue biſmalue ſéis altee ſéis lini cari
cax piguiũ butiri recétis añ q̃rt. ʃ. olei amigda
lax dľciũ q̃rt. i. cóquaſſa fortiter ⁊ extéde ſupra
pannũ ⁊ põatur ſupra locũ ⁊ poſtea inungatur
cũ oleo de ſcorpionib⁹. **Et imittatur.** Ponit
curá p immiſſioné i uirgá ⁊ cu3 eger egrediatur
balneu3. Ró patet. Scđo póit ꝺſcriptioné olˀi
de ſcorpionib⁹ ℞ ariſtoľ. ro. géciáe cipi corti
cu3 radicis cappis oium añ. ℥. i. hec omnia in
℔. i. olei amigdalax amarax ad ſolé poſita p
ebdomadá dimittantur ⁊ colétur ⁊ exprimátur
⁊ pro unaquaq3 ℔. ex eis addátur. x. ſcorpióes
⁊ totu3 in uas cuius os ſit obturatu3 ſit poſitu3
ad ſolé per duas ebdomadas moretur deinde
coletur ⁊ reponatur é. n. optimu3 ⁊ mirabile ꝺ
quo quotidie inungatur. **Qꝺ ſi lapis.** Póit
curá per cirurgiá dicés q͏ꝫ ſi lapis é magn⁹ nõ
reperitur aliud remediũ niſi per inciſioné extra
hédo lapidé. Subdit tamé q͏ꝫ hoc nõ pertinet
hic determinare: ſed ad cirugicos expertos.
Notádu3 q͏ꝫ lapis aliqñ é ad magnitudiné oui
colũbe ⁊ uidi plures ⁊ é cinericius durus cu3 aſ
peritate. Et ſciendu3 q͏ꝫ iciſio d3 fieri intra anu3
⁊ uirgam i collo ueſice q͏ꝫ eſt carnoſu3 deinde
debet conſumi Al.

**Cũ auté in renibus fuerit lapis eger fre
quenter igrediatur balneũ: Et renes ⁊ ilia
ex oleis inungáꝛ ⁊ ea que calefaciũt locũ
deſup cum páno ponantur: ut ſunt ea que
noiauimus: In potu quoq3 ſumantur ea
que lapidem frangunt** Sillanus
Ponit curá lapidis exiſtentis in réib⁹ ⁊ primo
anteq̃3 lapis deſcendat in uirgá. Secundo póit
curá ei⁹ quádo é in uirga. Secũda ibi **Si aũt**
Prima in q̃ttuor p3 q͏ꝫ póit q̃ttuor remedia.
Secunda ibi. **Et renes.** Tertia ibi. **Et ea q̃.**
Quarta ibi: **In potu.** De pria dicit q͏ꝫ cũ lapiſ
fuerit in réibus eger d3 ſepe igredi tiná: Ró qa
tale balneu3 uirtute herbax aperit uias ⁊ dila
tat: De ſecunda dicit ⁊ renes ⁊ ylia ungan
tur oleis: De tertia dicit q͏ꝫ ſuper locu3 ponã
tur ea que locu3 calefaciunt: De q̃rta dicit q͏ꝫ
in potu dentur ea que frangunt lapidé: No
tádu3 q͏ꝫ curató lapidis é triplex quedá ṕſerua
tiua: quedá mitigatiua doloris ⁊ quedá ueř cu
ratiua: Preſeruatiua fit cu3 bona dicta qua
ꝓhibetur generatio materie groſſe uiſcoſe fľati
ce que eſt materia lapidis fit etiá cu3 euacuatio
nib⁹ factis per uomitu3 ⁊ per ſeceſſu3 ⁊ pl⁹ per
cliſtere in quo ſit benedicta Cura mitigatiua
dolorum eſt ut utatur balneo in quo ſit malua
biſmalua ſemen altee ſemé lini tribuli marini ⁊
cápeſtris aniſi cimini omniu3 añ ℔. ʃ. ⁊ embro
cetur loc⁹ frequéter ⁊ cadat aqua ſupra pectiné
ab alto: ⁊ poſt exitum a balneo utatur qualib3
uice tyriaca uſq3 ad. ʒ. i. cum brodio cicex ⁊ ſit
tyriaca noua. Ad ide3 emplm qꝺ ponatur ſu
pra pectiem. ℞. malue biſmalue ſéis altee ſéis
lini caricarum pinguium butiri recentis. añ. ℥.
i. fiat emplm ⁊ ſi non mitigatur dolor prouoce
tur uomitus cum ſemine rafani ⁊ ſemine atripli
cis aut cum mediano cortice ſambuci: aut cum
nuce uomica aut fiat cliſtere i quo ſit yerepigra
Cura lapidis uere curatiua é per ea que appro
ximantur intra ⁊ ab extra. Si ab intra. aut in
forma dactili uľ pulueris uel cõfectióis. Si ab
extra uel in forma balnei uel embrocationis uľ
empli uel unctionis uel de ſimilibus. Ego inci
piam ab hiis ⁊ primo que approximátur ab in
tra iforma potus ſirupus. ℞. ſparagi bruſchi
g̃minis añ q̃rt. ʃ. ſcolopendrie cum radicibus
crete marine capilľ ueneris tribuli marini ſaxi
fragie pinpinelle millefolii. añ. M. i. cicerum
ru. ℥. ii. aceti ſquillittci. ℥. i. 3uccari albi mell' ele
cti añ. ℔. ʃ. fiat ſirupus clarificatus uſq3 ad

q̃rt.v. Ad idē. ℞ aque ſaxifragie.℥.ii.aque lu
pini aque raſani aque feniculi aque pentafilon
an̄.℥.i.dulcorentur cū zuccaro ⁊ ponatur ſan
guis hirci cinamōi electi miliū ſolis .an̄.ʒ.i. pul
uerizētur ⁊ agitētur cū p̄dictis aquis fiat co
latura ⁊ clarificetur ſ modū ſtelladie. Ad idē
℞. aque ſaxifragie aque peritarie aque penta
filon aque ſenationū aque feniculi aque raſani
aque capill' ueneris. Ad idē ℞ aque mecedo
nici milii ſolis ſeminis apii petroſilini an̄.℥.ii.
ſeminis geneſtre.℥.iii.aniſi feniculi an̄.℥.ii. pi
ſtentur ſimul ⁊ in duabus q̃rt.uini bulliāt uſq̧
ad cōſumptionē tertie partis. Ad idē ℞ .radi
cis graminis pentafilon radicis ſaxifragie ori
gani pulegii paritarie ſenacōnū oium an̄ ptes.
ii.dauci radici apii radicis feniculi radicis ſpa
ragi radicis bruſchi radicis endiuie capill' ue
neris an̄ partis.i.camedreos cameptheos leui
ſtici oium an̄.partis.ſ. dimittantur bullire i ti
na cū muſto deinde dimitte exire muſtū ⁊ fit
doſ.oium ſimul in una brēta uini Ꝯ.i.bonū
⁊ quādo exiuit cū eo muſtū miſce ſpēs infraſcri
ptas ⁊ accipe omnes in una pecia: ⁊ poſt pone
in uno uegeticulo ⁊ dimitte ſic bullire in uino.
℞.floꝝ ciāomi.ʒʒ.gar̄. melegete galange nu
cis muſca:cardamoni ſpice ameos aniſi fenicu
li ſeminū comunium frigidoꝝ oium an̄.ʒ.iii. pl'
uerizāda p̄luerizentur omnia ponūtur in ſacu
lo ⁊ hoc dicitur unum artificiale apropriatum.
Ad lapidem renū in pulueris forma ⁊ ē p̄l'uis
regine. ℞ reubarbari coſti xilobalſāi reupon
tici carpobalſāi.an̄.℈.ſ.ſpice.ʒʒ. accori cināo
mi pencedominon melanopiperis ſaxifragie.
an̄.ʒ.ii.gariofill' ciperi dragagāti alexādrie ca
medros ameos ſparagi baſiliconiſ urtice ſe.ci
tri ſeminis geneſtre quattuor ſeminū frigidoꝝ
mandragore an̄.ʒ.v.caſſie lignee polii croci ſq
nanti bdelii leuiſtici maſticis amomi yreos na
ſtrucii.an̄.ʒ.iii granorum milii ſolis ſeis fenicu
li petroſ.ſileris mōtani cardamomi cinamomi
aniſi euforbii an̄.ʒ.ii:℈.i.epatis leōis balſami
te ſanguis hyrci pentafilonis an̄.ʒ.i.ſ.cantari
daꝝ.ʒ.ſ.piretri pipinelle ligue auis pulegii an̄.
ʒ.iii.ſ.ligritie.℔.ſ.brionie fragarie turbith ſe.
malue atriplicis ariſtol'.ro.centauree maioris
folioꝝ.lauri an̄.ʒ.i.⁊.g̃.v.leucopipis ſaxifragie
an̄.ʒ.i.litargirii graminis ſiſeleos ariſtol'.lon·
hermodactilloꝝ an̄.ʒ.ſ. lapidis lincis lapidis
gagatis armeni ſpongie ⁊ lazuli an̄.ʒ.i.doſ eſt
ʒ.i.cū uio ſubtili: aut aqua diuretica. Ad idē
lapis ſpōgie iudaicꝰ cinis ſcorpionis pulueriza
tus cinis leporis ꝯbuſti cinis ouoꝝ gallie poſt
q̃z euacuate ſūt a pull' cinis auicule q̄ uocatur
caudatremula ſanguis hyrci bene ꝓparatꝰ lin
gue ſpentis.ſ.illa q̄ ualet ꝯtra uenenum puluis
lūbricoꝝ terreſtriū cū exiccātur ⁊ oia iſta ualēt
a ꝓprietate ⁊ additur aq̄ raſani q̄ ualz a ꝓprie
tate: ⁊ pōt dari qlibet per ſe ul' mixtus ⁊ hoc cū
brodio ciceꝝ ru.uel cū aqua raſani uel cū aqua
apropriata. In forma ꝯfectōis dentur iuſtini.ʒ
ii.cū ribola uel maluauiſia uel cū uino i quo ſit
coctū miliū ſol' ⁊ ſaxifragia Ad idē filoātropſ
litontripō Ad tō nefre catarticū.i.renes pur
gans Nicolai. Ad idē adrianū Nicolai Ad
idē electuariū de cineribꝰ Nicolai. Ad idē. ℞.
cineres ſcorpionū.ʒ.ii.cantaridarū abſciſis ca
pitibꝰ ⁊ aliis.ʒ.i.ſanguis hyrci exiccati.ʒ .ii.cie
ris uitri cauliū nō trāſplantatoꝝ cieris leporis
cineris auis caudetremule cinerū ouoꝝ ex qbꝰ
exiuerūt pulli an̄.ʒ.iii.lapidis iudaici lap. inuē
ti i felle bouis lapidis ſpōgie pipis dauci carui
ſe.altee gūmi arabici ſc.ſaxifragie milli ſol' ſiſe
leos carpobalſami xilobalſāi ſpice nardi capill'
ueneris recētiū quattuor ſeminū frigidoꝝ an̄.ʒ
i.ꝯficiantur cū melle roſ.q.ſufficiat ⁊ fiat cōdi
tū ⁊ utatur eo ad quantitatē duarū auellanarū
mane ⁊ ſero cū aqua decoctōis cicerū ⁊ tribuli
marini. Ab extra approxiata fiat iunctio i reni
bus ⁊ pectine cū oleo de ſcorpionibus uel de li
lio uel de amigdalis amaris uel de ceraſis uel
de granis citri ⁊ citrangulorū uel de pipibus.
Balneum embrocatio empl'm fiat ſicut i cura
difficultatis urie. Almanſor

Si aūt lapis ceciderit ⁊ i virga obſtacu
lū fecerit aqua cal'a ab alto diſtilādo ei ſu
pfundat̃ donec rubere uideat̃: deinde ole
uz tepidū guttati ſuper inciiat̃ ⁊ ſi neceſſe
fuerit ſugatur ⁊ ex hoc mouebit̃ lapis ⁊
exibit. Qd̄ ſi magnus ⁊ anguloſus fuerit
neceſſe eſt ut v̉ga iferius incidatur ⁊ extra
hatur. Sillanus

Ponit curā lapidis qn̄ deſcendit i v̉gam.
Primo diuiditur i duas. Primo ponit curaz
qn̄ lapis non ē multū magnus qn̄ poſſet egre
di per v̉gam. Scd̄o ponit curā qn̄ lapis eſt ual
de magnus qn̄ non poſſet egredi per uirgam.
Scd̄a ibi. Qd̄ ſi magnus. De prima dicit ꝙ
ſi lapis deſcendat i v̉gam aqua calida diſtillan
do fundatur ab alto donec uideatur rubere
Rō pz per idem. Tertio dicit ꝙ ſi neceſſe fuerit
debet ſugi per foramē v̉ge. Ratio qꝛ ex tali ſuc
ceſſione fit fortis attractio lapidis. Qd̄ ſi ma
gnꝰ. Ponit curā qn̄ lapis deſcēdit i v̉ga ⁊ ē ma
gnus dicens ꝙ ſi lapis ē magnus ⁊ nō pōt dſcē

dere neceſſe é ut uirga inferius incidatur ꝛ ſic
extrahatur ꝛ poſtea cóſolidetur.

**De apoſtemate quod fit in renibus uł
ueſica. Sillanus.**

Otandum circa rubꝛicá quid ſit apa
renú uł ueſice. Secundo notádum
ꝙ cá intrinſeca apatum renú ꝛ ueſice
aliqñ eſt calida ꝛ aliqñ eſt frigida ſcóm ꝙ ma
teria diuerſa pót fluere ad renes uel ueſicá uel
ibi congregari. Sed cá extrinſeca pót eé caſuſ
uel pcuſſio uel inepta equitatio ꝛ ſiṁa. Tertio
notandú qꝫ ſigna apoſtematis renú ſunt quia
doloꝛ eſt in diuerſo aggrauatiuus ꝛ impeditur
uꝛine tranſitus fe. permixta cum qua eſt rigoꝛ ꝛ
hoꝛripilatio. Signa apatis ueſice ſunt: qꝛ appa
ret tumoꝛ manifeſtus in pectine. doloꝛ itenſus
ſicut mulieris parturientis maxime ſi materia
ſit calida quod declarat fe. ꝛ doloꝛ acutus. Si
uero materia ſit frigida doloꝛ ꝛ fe. ſút remiſſio
res ꝛ urina mingitur cum difficultate. Signa
ſi apoſtema ſit in rene dextro doloꝛ aſcendit uſ
qꝫ ad epar. Si in ſiniſtro deſcendit uſqꝫ ad ueſi
cam. Pꝛonoſticatio talia apata in ſenibus
ſunt difficilia ad curandum ꝛ poſſunt termina
ri tripliciter. Pꝛimo in ſenſibiliter: ut qñ mate
ria eſt pauca. Secundo per ꝯuerſioné materie
in ſaniem. Tertio per conuerſioné eius ad ſcly
roſim cuius ſignú eſt fe. erratica ꝛ frequens mi
ctus urine ꝛ quando mouetur uidetur ꝙ habe
at aliquid ſuſpenſum in illis locis. Apa renum
indicat ydropiſim ſi non cito curatur Al.

**D apa quod fit in renibuſ ꝛ ueſi
ca cócomitaṫ febꝛis pmixta q̃ nó
é vehemétis caloꝛis cú qua é ho
ꝛipileo ꝛ ergoꝛ ꝛ frequés mictus ꝛ doloꝛ
in inferioꝛibus coſtis ꝛ grauitas ꝛ cú im
pelliṫ uideṫ ꝙ aliqd ibi ſit ſuſpenſú. Sil:**

Determinat de apate quod fit in renibus ꝛ
ueſica: ꝛ diuiditur in duas. Pꝛimo ponit ſigna
ſcdo curá. Scda ibi. Cú itaqꝫ hec ſigna.
De pꝛima dicit ꝙ apa que fiunt i renibus ꝛ ue
ſica ſequuntur hec ſigna. Pꝛimú eſt febꝛis per
mixta que nó é multum calida in qua é hoꝛripi
latio ꝛ rigoꝛ ꝑpter materiá putreſcenté in loco
apoſtematis ſi eſt pmixta qꝛ fumi non continu
antur ſemper ad coꝛ ꝑpter nimiá diſtantiá. ſꝫ
nó eſt uehementis caloris: qꝛ materia putreſcit
in loco ſatis diſtante a coꝛde ꝛ ſi ſit in ueſica ꝑp
ter frigiditaté membꝛi. ſed é hoꝛripilató ꝛ rigoꝛ
róne male materie pungitiue a qua eleuátur fu
mi pungitiui ſupꝛa doꝛſú. Fm ſignú é frequens
mictus. Ratio patet. Tertiú eſt doloꝛ i inferio
ribus doꝛſi. Ratio pꝫ. Quartú cum mouetur
ꝛ pellitur uidetur egro q̇d aliquid ſit ſuſpenſú
ibi. Ratio patet. Al.

**Cú itaqꝫ hec ſigna uiſa fuerint eger ex
baſilica minuaṫ eius partis in q̃ grauedi
nem ꝛ doloꝛé ſentit. Loco quoqꝫ empła
ifrigidantia ſupponanṫ ꝛ ſi egritudo ſic
diſſoluta fuerit bonú erit. Si aút febꝛiſ ꝛ
doloꝛ ꝛ grauitas pſeuerauerint ꝛ vꝛia ni
miú ꝛ frequenter egrediaṫ ſignificaṫ ibi
pus colligi. Empłꝫ igitur é túc ſup doꝛſú
ponédú ex camomilla ſe. lini oleo ſiſami
no furfuris cóſperſis. Eſt ergo pꝛecipien
dú ut in tinaſedeat. Si aút eger minxerit
pus ſeia q̃ noiabimus in. c. de ardoꝛe vꝛi
ne ſunt danda donec pus minuaṫ deíde
trociſci denṫ quos in. c. de mictu ſanguiſ
ꝛ puris noiabimus. Apa uero quod fit i
ueſica dꝫ concomitari fe. concluſa ꝛ diffi
cultas mingendi ꝛ diſſuria ꝛ femoꝛis ꝛ
uirge doloꝛ ꝛ tunc eger ex baſilica minu
endus é ꝛ fiat huius egritudis cura qué
admodú ṗdiximus. Eſt aút qñ renú apa
nó ꝑuenit ad ſanié imo tranſit in duritié
cuius grauitas in renibuſ ſine febꝛe peꝛſe
uerat. Eſt ergo cliſterizandus ex mucilla
gine fenugreci ꝛ ſeis lini ꝛ apozimate ca
momille ꝛ cauliú ꝛ melliloti ꝛ maluaui
ſci ꝛ furfuris. Et uomat frequéter. Reni
bus quoqꝫ ſuperponatur emplaſtrum:
ex his que noiauimus ꝛ ſi uꝛina minui
uidetur urinam ꝓuocantia dentur. Hoc
quoqꝫ pꝛo paruo non eſt habendum: qꝛ
ex eo peruenitur ad idropiſim. Silla.**

Ponit curá ꝛ diuiditur in duas. Pꝛimo fa
cit hoc. Secundo ponit cañ. obſeruandú. ſcda
ibi. Hoc quoqꝫ. Pꝛima in quatuoꝛ. Pꝛimo
ponit curá apoſtematis renú a pꝛincipio añ có
uerſioné materie in ſanié. ſcdo ponit curá in ꝓ
ceſſu quádo materia ꝯuertitur ad ſanié. Tertio
ponit curá apatis ueſice. Quarto ponit curaꝫ
apatis renú quádo materia cóuertitur ad duri
tiem. ſcda ibi. Si aút fe. Tertia ibi. Apa.
Quarta ibi. Eſt aút. Pꝛima in duas. Pꝛimo
ponit curá per phlebotomiá. ſcdo per unú loca
le. ſ. empłm. ſcda ibi. Loco quoqꝫ. De pꝛima
dicit ꝙ ubi non fuerint ſigna pꝛedicta eger dꝫ
phlobotomari ex baſilica illiuſ partis in qua ſé
tit doloꝛé ꝛ grauitaté. ró qꝛ ꝓhibet augumétú
apatis diuertédo materiá ꝛ euacuando: ſed q̃
re ab eadé parte: qꝛ ſufficit una dyameter. ſ. ab
inferioꝛi ad ſuperius. Loco quoqꝫ. Ponit

curam per unum locale.ſ.per emplꝫm dicens ꝙ
loco debent ſupponi emplꝫa in frigidantia.Rō
quia pꝛohibent fluxū materie ad locū a pꝛinci
pio.Scđo dicit ꝙ ſi egritudo diſoluatur ſic erit
bonum ſignū. Notandū ꝙ ſi apoſtema ſit ca
lidū emplꝫm debet eſſe tale.℞.roſ.ru.℥.i.ſēis
poꝛtulace ſemis papaueris al. an̄.℥.ſ.olei q̄rt.
i.aque roſ.℥.ſ.farine oꝛdei.q.ſufficit pl'uerizā
da pulueriʒētur miſce oīa ⁊ fiat emplꝫm medio
criter liquidū.Sʒ ſi materia fuerit frigida a pꝛi
cipio ꝯpetit emplꝫm tale.℞.ſucci abſinthiū. lb.
ſ.olei roſ.camomille an̄ q̄rt.ſ.farine oꝛdei.q.
ſufficit miſce oia ⁊ fiat emplꝫm.Si aūt. Ponit
curā quādo generatur ſanies ⁊ diuiditur i tres
Primo ponit ſigna generationis ſaniei. Secū
do pōit quoddā emplꝫm ꝙ facit ad generatōnē
ſaniei.Tertio ponit curā poſt generationē ſani
ei.Scđa ibi.Eſt ergo Tertia ibi Si aūt eger
De pꝛima dicit ꝙ ſi febꝛis ⁊ doloꝛ ⁊ grauitas p
ſeuerauerit ⁊ uria miuti ⁊ frq̄nter egꝛdiatur ar.
ē ſupꝛa gn̄ationē ſāiei.rō qꝛ i gn̄atōe ſaniei pluſ
agit caloꝛ in materiā ⁊ agit ⁊ cōmouet ⁊ fit ma
ioꝛ febꝛis ⁊ doloꝛ ⁊ grauitas.Sed quare minu
tim ⁊ frequenter egꝛeditur urina: Ratio pʒ qꝛ
in generatiōe ſaniei fit maioꝛ acuitas i materia
⁊ plus ſtimulant. Eſt ergo. Pōit emplꝫm ma
turatiuū ⁊ generatiuū ſāiei dicens ꝙ debʒ po
ni emplꝫm ſupꝛa doꝛſum factū ex camomilla ſe.
lini furfuribꝰ oleo ſiſamino cōſpſis.Ad iđ ēplꝫ
maturatiuū i ap̄ate cal'o.℞.mal'.biſmal'. an̄.
M.ſ.caricaꝝ piguiū q̄r.ſ.medulle cerui ul'ui
tuli.℥.i.ul'.℥.i.ſ.olei ⁊ farie tritici.q. ſufficit cō
quaſſanda cōquaſſentur foꝛtiter miſce oima ⁊
fiat emplꝫm. Emplꝫm maturatiuū in ap̄ate fri
gido.℞ caricaꝝ pinguiū.℥.ii.radicis lilii q̄rt.
ſ.mucillaginis fenugreci mucillaginis ſeminis
lini.an̄.℥.ſ. olei ſiſamini q̄rt.i.ydromellis pau
ce cōmixtōis q̄rt.i.ſ.farine tritici.q ſufficit con
quaſſanda conquaſſentur foꝛtiter miſce ⁊ fiat
emplꝫm.Si aūt eger.. Ponit curā per ea que
debent appꝛoximari poſt generationem ſaniei
dicens ꝙ ſi eger minxerit ſaniem debent et dari
ſemina que dicentur.c.de ardoꝛe urine donec
minuatur Dicit ſcđo ꝙ deide debēt dari troci
ſci de qbꝰ ifra dicetur.c.d̄mictu ſāg uis ⁊ ſāiei.
Rō qꝛ illi mūdificāt uias urīales a ſanie ⁊ rēit
tunt acuitatem . Ap̄a uero. Ponit curam
apoſtematiſ quod fit in ueſica. Primo p̄mittit
ſigna.Secundo ponit curā.Scđa ibi Eſt aūt
De pꝛia dicit ꝙ ap̄a ueſice ſequūtur illa ſigna
Primum eſt fe.concluſa.Secundum ē difficul
tas mingendi ⁊ diſſuria.Tertium ē doloꝛ v̄ge

⁊ femoꝛis. Ratio pʒ.Et tunc dicit ꝙ eger debʒ
phlebotomari ex baſilica. ratio patet ut ſupꝛa.
Secundo dicit ꝙ alia cura.ſ.per localia debʒ
eſſe ut dictum eſt de cura apoſtematis renum.
ratio patet per idē.Eſt autem. Ponit curam
quando apoſtema cōuertitur ad duritiē:⁊ diui
ditur in duas.Primo pꝛemittit ſignū. Secun
do ponit curā.Scđa ibi. Eſt egro.De pꝛima
dicit ꝙ apoſtema renum:aliquando cōuertituꝛ
ad duritiē:⁊ ſignum diſtinctiuū eſt:quia graui
tas perſeuerat in renibus ſine febꝛe.Ratio pʒ:
quia reſolutū eſt quod erat ſubtile euapo ꝛab
le ⁊ remanſit groſſum.Eſt ergo. Ponit curaʒ
⁊ diuiditur in tres. Primo ponit curā per cliſte
re.ſo per euacuationem per uomitū.Tertio p
emplꝫm.Secunda ibi.Et uomat. Tertia ibi.
Renibus quoqʒ.De pꝛima dicit ꝙ eger d̄bʒ
cliſteriʒari cum mucillagine ſeminis lini ⁊ fenu
greci ⁊ decoctōe cauliuʒ camomille melliloti ⁊
maluauiſci ⁊ furfuris.rō qꝛ tale ē mollificatiuū
Et uomat. Ponit curā per uomitū dicens qđ
dʒ uomere frequenter.rō qꝛ diuertit a loco.
Renibus quoqʒ. Ponit curā per emplꝫm di
cens ꝙ renibus dʒ ſupponi emplꝫm ex his que
dicta ſunt.ſ.ex mollitiuis.rō pʒ.Secundo dicit
ꝙ ſi urina apparet minui debent dari ꝓuocan
tia urinam. Ratio patet quia ex ea pꝛeueni
tur ad ydropiſim:qꝛ tale apoſtema debilitat re
nes:unde non poſſunt trahere aquoſitatem ab
epate ⁊ ſic remanens reſudat ad concauitatem
uentris ⁊ cauſat ydropiſim ⁊c.

De ardoꝛe vrine. **Sillanus**

Otandū circa rubꝛicā quid ſit ardoꝛ
urine:pʒ quia ē acuitas ⁊ moꝛdicatio
quedā ipſius urine. Scđo notāduʒ
ꝙ cauſa ardoꝛis urie ē duplex.Una eſt permix
tio humoꝛū calidoꝛū cum ſubſtantia urine ⁊ eſt
colera uel phl'a ſalſum quando tranſit per uiaſ
renum uel urine. Alia cā eſt ulcus exiſtens i uiiſ
urine:unde cum urina tranſit per loca inducit
ardoꝛem.Ad pꝛopoſitum pꝛimum capitur hic
Tertio notandū ꝙ ſigna ardoꝛis urie habē
tur ex iudicio patientis.pꝛonoſticatio talis pꝛo
noſticatur ſuper ulcere in uiis urine ſeu urinali
bus pp excoꝛiatōʒ quā iducit uria acuta. Al.
Uum eger dū migit ſentit ardoꝛē
⁊ punctionē i uirga a ſalſis aceto
ſis ⁊ acutis abſtinendus ē ⁊ nutri
endus eſt ex tapheis lēibus ⁊ ʒibꝛebeʒi ⁊
eoꝛū ſimilibus. Hec quoqʒ medicina dan
da ē ei.℞.ſe.melonis excoꝛticati.ʒ.xxx.ci
trulli cucurbite poꝛtulace papaueris albi

ſeminū añ.ʒ.iii.ſeminis iuſquiami albi
ʒ.ii. zuccari albiſſimi ad pódus oīum pul
ueris horū quotidie.ʒ.iii.ī mane alie .iii.
circa nocté cū.℥.i.ſirupi uiol'.aut iuleb ſu
mátur. Hec ergo egritudo ñ é ꝑuipédéda
quia cū ſit manſiua ⁊ pſeuerans ꝓueni
unt ex ea ī ueſica ⁊ ī iſtrumentiſ uirinali
bus ulcera. Sillanus.

Ponit curá ardoris urine: ⁊ diuiditur ī du
as. Primo ponit curá. Scḋo ponit cañ. ꝓnoſti
cū. Scḋa ibi. Hec ergo. Prima in duas. Pri
mo facit quod dictū eſt. Secundo ponit curaʒ
p medicamen. Scḋa ibi. Hec quoqʒ. De pri
ma dicit ꝙ ſi eger in emiſſione urine ſentit pun
ctioné ⁊ doloré dʒ abſtinere a ſalſis ⁊ acutis ⁊
acetoſis. Rō quia augent ardoré in urina ⁊ dʒ
uti cibis humidis. ut ptiſana non colata ſpina
chia lactuca ⁊ portulaca ⁊ ſilibus. Rō quia re
mittunt acuitaté. Hec quoqʒ. Ponit curá per
unū medicamé dicens ꝙ dʒ dari unuʒ medica
men quod é. ℞. ſe. melonis excorticati.ʒ.xxx.
ſe. citrulli ſe. cucurbite ſe. papaueris albi oīum
añ.ʒ.iii.ſe. inſquiami.ʒ.ii. zuccari albiſſimi ad
pondus oīm de puluere hoꝝ quotidie ī potu ſu
mat in mane.ʒ.iii. ⁊ totidé in nocte uel circa cū.
℥.i.ſirupi uiol'.uel iulep. Ad idé. ℞. ſeminū
cōmuniū frigidoꝝ.℥.iiii. ſe. portulace iuſqami
papaueris albi liquiritie paſſularū añ.ʒ.i. zuc
cari.℥.i.ʃ. fiat targea. Ad idé lac amigdalaꝝ
cum aqua decoctionis ſe. melonis. Ad ideʒ
ualet iniectio per ſiringam albuminis oui bene
agitati. Ad idé. ℞. mucillaginis ſe. pſilii ſe.
citonioꝝ añ.ʒ.i. lactis mulierū uel aſine ī uirgá
per ſe ꝓiecte. Ab extra ualet empl'm hoc. ℞.
ſandali al. ⁊ ru. ſumach ſpodii myrtilloꝝ añ.ʒ.
ii. achacie ipoquiſtidos añ.ʒ.i.ʃ. ſucci plantagi
nis aque roſ. añ.℥.i. farine ordei. q. ſufficit pul
uerizanda puluerizentur miſce oīa ⁊ fiat empl'ʒ
mediocriter liquidum. poſſent etiam addi duo
albumia ouoꝝ. Ad idem ualet pánus dupli
catus infuſus in albumine oui bene agitati ⁊ la
cte mixtis ⁊ poſitis ſupra locū. Hec ergo. Po
nit cañ. obſeruandū dicens ꝙ hec egritudo nō
eſt paruipendenda. quia cum antiquatur pro
ueniunt ulcera ī ueſicá ⁊ inſtrumentis urine.

De mictu ſaniei uel ſanguis. Sillanus.

Otandum circa rubricam ꝙ ſáguis
apparens in urina: aliquando proue
nit ab epate: aliquando a renibus: ali
quando eſt purus: aliquando impurus: aliqñ
cum ſanie aliquando ſine ſanie. Secundo notá
dum ꝙ cauſa mictus ſanguinis eſt: aliquando
interior: aliquando exterior. Si exterior é ſicut
caſus percuſſio ſuperfluus coitus exercitum ni
mium ſuperflua ciborū ⁊ potus repletio: dimiſ
ſio alicuius fluxus ſoliti ſicut méſtruoruʒ emor
roidarum ⁊ mutilatio membri. Si uero cauſa
ſit interior hoc eſt ꝓpter habundantiá humoꝝ
aut ꝓpter acuitaté: aut pp aquoſitaté uel uento
ſitaté. Uel ulcus uel apa uel ꝓpter debilitaté
renum ⁊ ueſice ⁊ ſic de aliis. Aliquádo ꝓuenit
per uiá criſis ⁊ múdificationis: aliquando p ui
am ſinthoatis. Tertio notandū de ſignis diſtin
guentibꝰ ſi ꝓuenit ab epate eſt ſine dolore quia
epar nō ſentit ⁊ eſt purꝰ niſi ſit ex debilitate epa
tis ⁊ eſt mixtus cum urina. Si a ueſica túc eſt
dolor ī pectine ⁊ eſt trūboſus ſeperatus ab uri
na. Si ꝓuenit multus ⁊ ſubito ſignificat ruptu
ram uene. Et quádo paulati ſignificat corroſio
nem uel reſudationé uel paruá apertionem. Si
ꝓuenit ſicut lotura carnis recétis ſignificat de
bilitatem epatis. Si ꝓpter repletioné prouéit
diſcernitur ex habitudine. Si ꝓuéit ꝓpter acui
taté humorum diſcernitur ex ardore. Si uero
prouéit ex aliis cauſis cognoſcitur ex ſigniſ apo
ſtematum renū ⁊ ueſice dictis ſupra. Si proue
nit per uiam múdificationis tunc diſcernitur
ab alleuatiōe. Si per uiá ſitſto. túc diſcernitur
ex grauitate. Pronoſticatio oīs fluxus ſanguiſ
rubei ⁊ mundi ſi ſit mi'tus eſt malus fluxus ſan
guinis ex ueſica tardiꝰ curatur qʒ ab aliis mé
bris. Ságuis apparens in uriná longo tépore
peſſimus eſt qꝛ ſignificat ulcera fraudulenta in
corpore. Quarto notádum de mictura ſaniei
ꝙ mictus ſaniei eſt propter ulcera in renibꝰ exi
ſtétia ⁊ ueſica. Uel é a mébriſ ſupioribus: ſicut
pp rupturá pleureſis ⁊ piplemonie uel apatis
epatis ⁊ ſic de aliis. ſi uero pp ulcera ī renibus
uel ī ueſica ſic é cá uel iterior uel exterior. ſi exte
rior é ſicut pcuſſio plaga caſus coitus ſupfluus
medicine acute ⁊ nimis diuretice ⁊ ſimilia. ſi cá
ſit interior é. ul' pp apa male curatū ⁊ male mū
dificatū: uel ꝓpter humoꝝ abundantiá: ul' pp
malá qualitaté. uel pp groſſitiem ⁊ uentoſitaté
uel uiſcoſitatem unde adheret: uel pp lapidem
cū ibi diſſoluitur. Quinto notandū ꝙ ſi ſanies
ueniat a mébris ſuperioribuſ diſcernitur p leſio
né illaꝝ partiū. Si a réibꝰ ⁊ ueſica diſcernitur
ex loco doloris. Si a renibus dolor é in renibꝰ
⁊ dorſo: Si a ueſica dolor é ī pectine. Sed ſi ſit
a cá intriſeca diſcernitur ex relatione infirmi. ſi
ab intrinſeca faciliter diſcernitur bene cōſiderá
ti. Pronoſticatio. Ulcera renū faciliuſ curátur
qʒ ulcera ueſice: qꝛ ren mébrū é carnoſū: ⁊ ueſi
ca é mébrū ñ carnoſū. Ulcera renū ⁊ ueſice diu

turna nūq̄ꝫ curātur q: fiſtulata ſūt i iſtis a uāis promiſſionibus deſiſtamus. Al.

Um aliquis pp caſum uel percuſ ſiouem ſāguinem minxerit ex ba ſilica minuaꝶ. Et trociſci q dicun tur trociſci de Karabe tribuanꝶ. Qui. ℞. Karabe gūmi tremule arboris aā. ʒ. v. ba lauſtie ypoq̄ſtidos aā. ʒ. ii. ⁊. ſ. olibani. ʒ. ii ſe. apii opii aā. ʒ. i. formenꝶ trociſci ponde re aur. i. ex q̄bus unus i die cū apozimate ſumach tribuaꝶ. Ad comedendū vo tri buanꝶ carnes cocte cuꝫ ſumach ⁊ carnes cocte cū ſucco uue acerbe. Abſtineat a nu trientibus acutis ⁊ ſalſis. Loco vero pcuſ ſionis ſuperponaꝶ empl'm ex bolo arméo ⁊ achacia ⁊ aloe ⁊ litio cōfectis cū aceto ⁊ aqua. Si aūt ſanguis mictus euenerit poſt comeſtioné ciboꝝ acutoꝝ: aut potum uini acuti phlebotomeꝶ eger. trociſcos ꝺ Karabe in potu ſumat ⁊ eodem quo dixi m⁹ guberneꝶ regimine. Pus vo ſi mixerit egro trociſci iſti dandi ſunt. Qui. ℞. ſeis melonis citrulli cucurbite abſq̄ꝫ corticib⁹ oim aā. ʒ. xx. boli ar. gūmi arabici thuris pinguis ſanguis draconis oium aā. ʒ. x. opii. ʒ. iii: ſe. apii. ʒ. ii. informentur trociſci pondere. ʒ. ii. ex q̄bus oi die un⁹ cum ſiru pi de papauere tribuanꝶ. ℥. i. in potu. Uir ge quoq̄ꝫ ex iſto collirio imittaꝶ. Colliriuꝫ de ceruſa ℞. ceruſe ſarcocolle olibani gū mi arabici opii ſanguiſ draconis oim par tes equales fiant ex eis colliria ⁊ per ſirin gam prius fiat iniectio ex ydromelle ⁊ mi gat eger ⁊ poſt ei⁹ egreſſioné fiat iterū in iectio iſtius colliri diſſoluti in lacte aſine.

Sillanus.

